

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Tekst uwzględniający wersje sandomierską i krakowską**

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. BN 3068 III, k. 20ra–45vb

Odczyt: Maciej Mikuła

Podział na artykuły jest złożony, ponieważ obejmuje także mniejsze jednostki. Zarówno jednostki główne (w oryginale capitula) jak i podrzędne (w oryginale niekonsekwentnie oznaczone jako articula) zaopatrzone zostały w tytułiki, jednakże w tym drugim przypadku tytułik został wprowadzony mniejszym duktem. Ponadto numeracja oryginalna (prowadzona niekonsekwentnie) dołączana jest przy jednostce głównej, czyli przy artykule. Niekonsekwencje skłoniły do takiego ułożenia numeracji artykułów, które z jednej strony uwzględniają cechy rękopisu, z drugiej jednak – by maksymalnie uzgodnić ją z rękopisem Gn.

Zazwyczaj nowy artykuł zaczyna ozdobny inicjał wysokości jednego lub dwu wersów, napisany czerwonym inkaustem, czego nie odnotowywano w przypisach tekstowych, chyba że inicjał jest okazały. Niemal wszystkie rubryki artykułów oraz części artykułów, a także niektóre regulae iuris i glosy marginalne wpisane zostały czerwonym inkaustem. Dla porządku odnotowano to w przypisach tekstowych.

Rękopis zawiera liczne glosy marginalne, Jednakże podobieństwo pisma z tekstem podstawowym skłania do uznaniem, że zostały napisane przez jednego autora. W przypadku głos niewątpliwie wpisanych przez innego komentatora, zostało to odnotowane w przypisach tekstowych. Nie jest wykluczone, że komentator był autorem rejestru artykułów wspólnego także dla Zwierciadła saskiego.

W tekście łacińskim pojawia się litera w. Odstępując od instrukcji wydawniczej Adama Wolffa wyrazy te zapisano: vellent, vulgariter, avus, vulnere, vult, servus, evadere. Pisownia nazw własnych została pozostawiona bez jakichkolwiek ingerencji (przykładowo: Ýesÿ).

Nie próbowano korygować niezgodnych zapisów gramatycznych w zakresie następstwa czasów oraz trybów czasownika w konstrukcjach gramatycznych. Charakterystyczne dla pisarza jest posługiwanie się terminem monachale w miejsce monomachale.

Tekst obfituje nie tylko w wątpliwości gramatyczne, ale także liczne oczywiste przeinaczenia poszczególnych wyrazów, prowadzące do bezsensownych sformułowań, przykładowo w art. 31 w miejsce nuncium powinno być initium: et protestetur per hos, qui suum clamorem audierunt, quod nuncium [s] contencionis sui adversarii fuerit.

[k. 20ra] [Tractatus Primus^a]

^b-Arbitrium vel voluntas census vchwala wolna, alias dicitur wyelkyerz wsziithkÿch liber primus incipit felicit[er]^{-b}

[1 § 1] Cesar^a Otto Rufus fundavit templum in Meydburg et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et consilium seniorum. <Regula iuris^c> Extunc arbitrati sunt, quod eligerent scabinos ac consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum. <Iuramentum consulum^d> Qui tunc iuraverunt et nunc iurant annis singulis, dum eliguntur ius ac profactum et honorem custodire civitatis et agere, quanto caucius et melius sciant aut possint, cum consilio ac iuvamine seniorum. <Conventum vel consilium vulgariter Gromada mieszczka^d> Consules exponunt suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem et consensum seniorum.

[1 § 2] ^b-Consulum iudicium^{-b}

Consules etiam habent po[k. 20rb]/testatem iudicandi <Municipale ius vulgariter powyêszone prawo^d> super quamlibet vacuum mensuram ac pondera iniusta, ac corretros iniustos et cuiuslibet cibi seu potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Slavonicas <Sclavonica marca vulgariter Szłowaczka Grzywna^d> marcas, que XXX sex solidos faciunt.

[1 § 3] De constitutione consulum

^b-Regula iuris. Mutare quis consilium non potest in alterius detrimentum. Item quod omnes tangit debet ab omnibus approbari. Eciam. Regula iuris. Quod semel placuit amplius disciplinare non potest.^{-b}

Quando consules suum conventum, eligunt virum magistrum inter se, extunc quicquid ibi statutum fuerit aut compromissum in isto conventu, quod iuri divino non contradicit, firmum est, inviolabiliter debet observari. Et quicumque hoc violaverit, hoc consules habent agere ac iudicare.

[1 § 4] ^b-Qui ad conventum venire neglexerit^{-b}

Et quicumque ad conventum neglexerit venire, cum signum datur per campanam, demeretur VI denarios. Sin autem sibi conventus pronunciatus fuerint, demeretur VI solidos.

^b-Solidus hic valorem XII allenselis^{-b}

<prossiela pro decreto |[†]faciendo| in hac controver[sia] ferendo, doloziła tesz tego actorea pars, ze czo anie ze tego nie pravy nie wzywa ·N· ŷ nie od f>

^a ucięty brzeg karty, zachowane tylko dolne fragmenty liter; ^{b-b} czerwonym inkaustem większym duktem; ^b ozdobny

inicjał wysokości czterech wersów; ^c na marginesie czerwonym inkaustem; ^d na marginesie; ^e w rkp. mercas; ^f na dolnym marginesie ręką komentatora, nieznana pełna treść wskutek obcięcia brzegów karty

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]

[k. 20va] [2 § 1] ^a-Comunis pecunie vero Szlacz. Capitulum ·II·^{-a}

<De penesticis et eorum pena^b> Qui penestici vocantur, si in aliquo demerentur vel si in aliquo delinquerint <Decreta vel statuta vulgariter ustawy^b> in statutis civitatis, ita ut civitatis aut consulum decreta violaverint, <Cutem cum crinibus et statuam et aurium abscisionem cum pillis demerint^b> si in hoc convicti fuerint, demerentur cuttem cum crinibus aut tres solidos. Et hoc arbitrio consulum comittatur, quod horum recipere velint. ^a-Quando statutum civitatis penesticus infringit hic foro in frumento vel foro in dicta publico in quatuor angulos civitatis scilicet illo arbitrio, quod civitas ipsa cum senioribus statuit de consensu sue concivitatis.^{-a} Quando penesticus consulum aut civitatis statutum infri[n]gerit foro vel infrumento, ita quod cuttem cum crine demeretur et cum pecunia redimat, hic manet sine iure et non potest a modo aliquod forum comestibile absque civitatis ac consulum consensu exercere.

[2 § 2] ^a-De fraternitatibus

Regula iuris. Nullus ex consulibus, dummodo fraudulentus non fuerit, obligatur.^{-a}

Et si alii homines, qui communitatem seu fraternitatem habent in comestibilibus, consulum seu civita[k. 20vb]/tis compromissum seu edictum infregerint, hos <vel statutum^b> oportet emendare secundum ius et edictum civitatis et non possunt ulterius aliqua <Emenda vulgariter pokup^b> comestibilia vendere, nec communitatem habere seu aquirere absque consulum et civitatis consensu.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: kupiec, rajca, cech, cena, kara na skórze i włosach, targ, statut, wilkierz, zezwolenie, nawiązka]

[3 § 1] ^a-De iniustis mensuris et metretis et pensis. Capitulum tertium^{-a}

Si metrete aut alie mesure parve seu iniuste fuerint et iniuste pense, quod consules bene agere possunt secundum <agere vulgariter koria cz^b> honorem civitatis aut cum XXXVI solidis emendare.

[3 § 2] ^a-De mercibus falsificatis^{-a}

Si que res mercionales falsificantur, sive ulnas duas vel libras habuerint, ille honore privatur et satis consulibus facere compellitur. Si quis parvulus convictus fuerit, ille honore privatur et satisfacere consulibus compellitur, et iudici solvere penam ius.

[3 § 3] ^a-Primo pertinet ad consulem^{-a}

Consulum est civitati sic procedere et singulis erupcionibus^d et in iure mechanici et pauper populus sic valeat suficere ac sustinere, quod ipsi non efficiantur periuri.

<A tak poczytha ssobie strona powodna liepŷ sluzące |sobie| prawo miecz ku theŷ rolŷ, nŷ zebŷ stroneŷ obzalowaneŷ zapŷ[...] c>

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie; ^c ręką komentatora, obcięty dolny brzeg karty utrudnia odczyt; ^d odczyt niepewny

[hasła: miara, waga, kara, rajca, nawiązka]

[4 § 1] ^a-De tribus magnis iudicis. Capitulum III^{-a}

Ille supremus iudex, qui in Meŷdburg iudicio pre[sidet], hoc castellanus, qui sedet tam [s] iudicia provincialia in anno: <feriatus dies est vulgariter deicus dies vel celebris et solemnis dies vulgariter naroczŷszthŷ dzŷen^c> unum in die sancte Agathe, secundum in die sanctorum Johannis et Pauli, tercium in octava sancti Martini. Si vero ceciderit aut evenerit aliquod horum iudiciorum ad diem celebrem aut feriatum, <Cum scultetus aut castellanus ad iudicium non venerit^c> extunc amisit suum iudicium. Et si scultetus aut solus castellanus ad iudicium non venerit, quia scultetus <Sentencia vulgariter orthel^b> castellano primam sententiam debet invenire.

[4 § 2] ^a-Talentum vulgariter rubl et facit XX grossos argenti puri in sua summa^{-a}

Et si scultetus non venerit ad castellanum, qui si sit <Legale impedimentum vulgariter sprawyedlŷwa przekaza vel nagabanŷe^c> tempus iudicii, extunc decem talenta demeretur, nisi legale impedimentum, ipsum impedierit, quod probare poterit, ut ius dictaverit.

[4 § 3] ^a-Quid castellanus iudicat^{-a}

Quidquid criminale nephas seu factum cause sue commissum fuerit xiiii diebus ante suum iudicium, hoc castellanus debet iudicare et nemo alius.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: Magdeburg, sędzia, kasztelan, sądy wielkie, sołtys, przestępstwo, roczek, posiedzenie]

[5 § 1] ^a-Adire iudicium castella[ni] [k. 21rb] Capitulum quintum^{-a}

Stuprum et obsidia ac irruencias <Irruencia domiciliorum vulgariter uderzenŷe na dom^b> domiciliorum iudicat castellanus seu burgrabius et nemo alius. <Obsidium vulgariter zaszadzenŷe na drodze^b>

Sed si castellanus presens esse non poterit, extunc cives unum eligunt iudicem loco castellani, pro excessu manifesto. <Pene et recompense castellani ^b>

Castellani pena et recompensa, que aquisita fuerit in iudicio bannito, debet solvi ad sex ebdomadas. <Recompensa vulgariter glow[na] zapłata ^b> Pena castellani sunt tria talenta. Talentum autem signat |decem ^c| XX solidos. Pena sculteti viii solidi.

[5 § 2] <Quando iudicium castellani expirat ^d>

Quando castellanus surgit et iudicat, tunc iudicium suum expirat, pena ad sex ebdomadas solvi debet, emenda post penam ad xiiii dies. Si autem vir emendam ante penam adquisierit, exsolvi debet ad sex ebdomadas et pena post hoc ad xiiii dies. Recompensa debet solvi ad xii ebdomadas ad domum illius, cui debitum tenetur, ante solis occasum, aut in propria domo, si ibi domum non habuerit.

[5 § 3] ^a-De debito persoluto^{-a}

Quinc debitum persolutum vir persolvisse hic mettercius protestari debet post iudicium castellani. Statim iudicium sculteti disposuit a [k. 21va] proximo die ad duas septimanas.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie; ^c skreślone przez autora podstawy; ^d na marginesie czerwonym inkaustem

[hasła: Magdeburg, burgrabia, zasadzka, podpalenie, napad na dom, kasztelan, sąd, kara sądowa, termin, zapłata, wynagrodzenie]

[6] ^a-De tribus iudiciis sculteti. Capitulum VI^{-a}

Scultetus eciam habet tria iudicia legalia in anno. Unum in Epiphania aut die sequenti. Secundum tercia feria post conductum Pasce. Tertium feria tercia post festum Trinitatis. Post hec sua disponit iudicia continue ad duas ebdomadas.

Si dies iudicialis evenerit in diem celebrem, bene potest ultra diem unam vel duas iudicium suum disponere. <Quod nemo nisi scultetus indicat suum iudicium ^b>

Iudicium sculteti nemo potest indicare, nisi solus scultetus vel preco et nullus suus famulus. Quod si scultetus in domo non fuerit et si criminale exortum fuerit nephas sine comissum fuerit. <Legalitatem vel ius seu iusticiam ^b>

Consules statuant unum iudicem pro crimine manifesto. Scultetus eciam debet <Quis debet elegi in scultetum ^b> habere legalitatem a domino rege seu terre et cum eo debet esse infeodatus et verum suum feodum esse debet insuper liber esse debet et legitime natus de terra.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: sołtys, termin, dzień świąteczny, sługa, wymóg, lenno]

[7 § 1] ^a-De homine vulnerato clamante. Capitulum VII^{-a}

Quodsi homo vulnera[tus] [k. 21vb] fuerit et si clamore[m] probaverit, et si ceperit hunc, qui ipsum vulneraverit, et eum ad iudicium usque deduxerit, et tunc ipsum cum his, qui clamorem suum audierunt, protestari poterit metseptimus^c, propior est eum vincere, quam ille eum possit evadere. <Pro vulnere manum, pro homicidio collum^b> Pro vulnere manum, pro homicidio collum.

[7 § 2] ^a-Quoquo vulnere homo duellum acquirit^a

Si vulnus profunditatem unguis et longitudinem membri habuerit, acquirit homo duellum pro uno vulnere, et si victor victus fuerit a victo, pro vulnere manum pro homicidio collum vel caput. <De fideiussione vulneracionis^b> Sed si per fideiussoriam obligat alterum pro iuvamine homicidii et non potest eum statuere, tunc fideiussor tenetur actori dare plenam recompensa, hoc sunt xiiii talenta. <Recompensa plena talentum quid signat^b> Talentum quis facit xx solidos denariorum et iudici emendam viii solidos, tali peccunia sic in districtu solet forisari.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie; ^c w rkp. met vii

[hasła: zranienie, skarga, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu, kara ucięcia ręki, kara śmierci, ścięcie, rana]

[8] ^a-De increpante scabinum. Capitulum VII^a

[k. 22ra] [^b] Quicumque scabinum in sede iudiciali impropieraverit aut turpibus verbis obruerit, scabinus luc[r]atur suam emendam xxx solidos, et iudex suam penam adquiret. Obruitur autem scabinus, postquam sua sententia sit et sensus aliorum scabinorum preteriit, extunc omnes emendas adquirunt et iudex penas, et quot fuerunt emende, totidem et pene iudici adquirunt.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie rysunek dłoni ze wskazującym palcem

[hasła: ławnik, ława, obraza, kara sądowa, mulkta, nawiązka, wyrok]

[9] ^a-De conflictu nocturno ac diurno. Capitulum VIII^a

Si contingerit criminale nephas aut conflictus nocte vel in die et si probus homo pro eo accusetur, propius est evadere metseptimus^b, quam ille possit super eum protestari, quia in isto loco conflictus per neminem est visus.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. met vii

[hasła: przestępstwo nocne, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu]

[10 § 1] ^aQuod scabinus non tenetur invenire sentencias extra iudiciales dies nisi in casibus^{-a}

Nec castellano, nec sculteto tenetur scabinus, nec civis aliquam sentenciam extra veros dies iudiciales diffinire, nisi sit factum manifestum [a]ut vulnera mortalia, vel homicidia, aut furta [k. 22rb] seu alia criminalia.

[10 § 2] ^aPro debito omni die iudicatur^{-a}

Castellanus et scultetus bene possunt omni die iudicare pro debito, pro quo absque testimonio agitur, nisi civis agat contra hospitem vel hospes contra <de hospite contra civem agente vel e converso pro debito ^b> civem pro debito cum testimonio, de quo alter alteri fassus est, hoc bene potest iudicari sine mora. Et si uni adiudicatur debitum, habet solvere sequenti die, quod tenetur. Sed hospitem oportet iuramento probare, quod sit aliena et ita remote domicilium habeat, quod una die ad iudicium venire non possit. Hospes dicitur ille esse, qui videlicet xi miliaria suum domicilium habet et si pro aliquo datur vir alieni[g]ena per <Tradatur reus actorem in debito actus ad servandum ^b> manum in modum pignoris, iudex tenetur eum dare ad observandum, quousque debitum persolvat. Etiam non debet aliquis hospes nec aliena unus ab alio aliquod pignus actipere <Quomodo pignus actipitur ^b> pro debito quem fatetur, sed si hoc pignus recipit, hec debet iure obtinere <De pignore hospitis ^b> et acquirere in iudicio, sicut alii homines, exceptis si hoc pignus recipit cum prolocutione et excepcione.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: sołtys, kasztelan, wyrok, rana śmiertelna, zranienie, zabójstwo, kradzież, gość, dług, sąd gościnny, mieszczanin, sąd]

[11] ^aDe vulneribus per[k. 22va]nottatis. Capitulum X^{-a}

Quod si vir vulneratus fuerit et eadem die iudicium non quesierit et sua querimonia pernotata fuerit, et qui inculpatur tunc comparuerit, evadet eum metseptimus^b, <Evadet vulgariter ozbadzyc ^c> quam super eum ille possit protestari. Sed si tribus iudiciis non comparet, quarto iudicio describetur. Ita tamen, si iusto modo citatus fuerit et super eum conquestus fuerit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. metvii; ^c na marginesie

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, uwolnienie od skargi, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, sąd]

[12] ^aIudicium burgrabii de stupris obsidiis et irruenciis domiciliorem. Capitulum XI^{-a}

Stuprum et obsidium et irruenciam domiciliorum burgrabius iudicat et nemo alter. Si aliquis irruit super alterius domicilium tempore nocturno aut diurno, <Temeraria violencia vulgariter Szmjalem gwaltem ^b> temeraria violencia, nulla precedente

querimonia, et si in malo facto deprehensus fuerit cum clamore, et si clamorem auditoribus metseptimus^c suorum vicinorum hoc ostendendo protestari et probare poterit secundum iuris exigenciam, malefactor collum demeretur. Si autem manifestum factum non fuerit, extunc propius est evadere metseptimus^c, quam aliquo testimonio vinci possit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie; ^c w rkp. met vii

[hasła: gwałt, napad na dom, zasadzka, burgrabia, skarga, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu]

[13] ^a-De vulnerato cum clamore. Capitulum XII^a [k. 22vb]

Quicumque vulneratus fuerit, si clamore proclamaverit et ad iudicium pervenerit, de quocumque querulatur, qui prius fuerit, et si habuerit hos, qui clamorem suum audierint, et quot vulnera, tot homines poterit inculpate. Sin autem hii homines comparuerint, duellum in ipsis aquirere potest. Si autem plures iudicialiter infestaverit, quam vulnera habuerit, alii homines evadent suo iure quivis metseptimus^b. <Quando evadunt plures inculpati, quam vulnera de causo pernoctata ^c> Etiam si alter alterius vulnerat et causa sua pernoctata fuerit, et vulnus monachale non fuerit, et si comparuerit iudici, debet sibi ad iudicium proximum. <de vulnere monachali ^c> Si autem vulnus monachale fuerit, tunc statim continuo iudicium sibi iudex formare debet pro facto manifesto.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b met vii; ^c na marginesie

[hasła: zranienie, skarga, rana, uwolnienie od skargi, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[14] ^a-De bonis mobilibus in debito obligatis. Capitulum XIII^a

<obligare vulgariter szastawÿ ^b> Obligat aliquis mercimonia aut alia bona mobilia pro debito ex parte iudicii, et ille pronunciet tribus vicibus, ut est iuris, et quarto iudicio super eo dominium receperit ac appropriatum fuerit, et cognoscencie domini dederit coram iudice et scabinis. Et iste inposterum ad repetendum sua bona per[23ra]venerit, possidens propius est quam [s] suum pignus servare cum scabinis ac iudice, quam iste, qui caret possessione.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: zastaw, towary, dobra ruchome, ruchomości, dług, termin, roczek, sędzia, ławnik]

[15] ^a-Uxor nichil habet in bonis mariti, nisi dotalicium et vite promissionem. Capitulum xiiii^a

Si aliquis ducit uxorem et si vir de hac luce decesserit, uxor nichil habet in bonis suis, nisi sibi dederit pro dotalicio aut vite provissionem^b pro sua vita in iudicio banito.

Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotaliciū hereditarie observare. Et cum de hac luce decedit, ad heredes revertitur sui mariti. Et si maritus mulieri nichil dederit in suis bonis, in possessione sui mariti debet permanere, et primum sibi neccessaria ministrabit, quousque in vidualitate et sine marito permanere voluerit. Si vir oves habuerit, hos mulier recipiet ad suppellectile[m]. Et si pueri vellent dotaliciū mulieri infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum, qui iure presentes fuerint. Si vir pueros habuerit, aut mulier, quicumque ex hiis exhereditati fuerint, si moritur vir, hii pueri, {qui in heredi} qui in hereditate sunt, sed hereditatem vendere non [k. 23rb] possunt absque heredum consensu. Hii pueri, qui in hereditate patris mortui $\vdash$ sive $\dashv$ tempore fuerint, si ex hiis unus moritur, istius partem dividunt inter se equaliter, tam hereditati, quam eciam sive domestici.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b przerobione z promissionem przez autora podstawy; ^c skreślone ręką autora podstawy

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódm, przysięga, ruchomość]

[16] ^a-De bonorum. Capitulum XV^{-a}

Quando alicui sua possessio publicata fuerit iuste ac iudicialiter, quociens exiit aut intrat, tociens penam iudici demeretur, ita si publicacio ritte ac iuste super ipsum sit aquisita. Si autem filius uxorem duxerit vivente patre, si moritur filius absque divisione patris in hereditate, tunc pueri eiusdem filii hereditatem patris partem patris recipient, sed non pueri filie seu ancille. Sin autem filium a se diviserit cum hereditate, tunc cum sui pueri recipient partem equalem in hereditate ave, sed in hereditate ave equalem divisionem tam filiorum pueri, quam filiarum.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: wydzielony, dziedzictwo, spadek, dziadek]

[17] ^a-De possessione per annum et diem. Capitulum XVI^{-a}

Quicquam masculus dat sub iudicio bannito et si possidebit pacifice et quiete absque arestacione aliquo [k. 23va] anno et die, hoc propius et melius obtinere potest cum iudice et scabinis, quam aliquis possit exbrigare. Quodsi iudex et scabini mortui fuerint, tamen aliis fidedignis bene ad minus duobus scabinis et quatuor viris probitate probatis testimonio probet, ut sibi bona donata obtinebit.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: transakcja, rok i dzień, termin, spokojne posiadanie, sędzia, ławnik, świadek, współprzysiężnik]

[18] ^a-De dono in lecto egritudinis. XVII^{-a}

Nemo masculus nec ulla mulier possunt in loco egritudinis de suis bonis alicui ultra tres solidos dare absque heredum consensu et consensu [s].

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: darowizna *mortis causa*, zgoda, żona, mąż]

[19] ^a-De defectu fratrum et sororum. XVIII^{-a}

Quodsi hereditas in fratribus et sororibus defectum <linea vulgariter kresza consanguineitatis vulgariter pokolenya krewnego ^b> habuerit, extunc omnes hii, qui se in linea equali consanguineitatis ostendere poterint, in hereditate equaliter succedunt.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie czerwonym inkaustem

[hasła: dziedzictwo, spadek, siostra, brat, pokrewieństwo]

[20] ^a-De filia et fratre sacerdote. Capitulum XIX^{-a}

Qui autem in possessione est, si bene sacerdos aut manserit, tamen suppellectilia recipit, quod nulla puella. Et sacerdos fuerit, tunc suppellectilia inter se dividunt.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: gerada, kapłan]

[21] ^a-De solido scabinali. Capitulum XX^{-a} [k. 22vb]

Quitquam masculus dat in iudicio bannito coram iudice et scabinis, ibi recipiens dat unum solidum pro doni cognitione, quem pro se recipiunt scabini.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: sąd wyłożony, sędzia, ławnik, pamiętne, darowizna, transakcja]

[22] ^a-De debitis. Ca[pitulum] vigesimum primum^{-a}

Quicumque aliquem coram iudicio pro debito impulsaverit <Impulsaverit per querulaverit vulgariter pozalowałbȳ ^b> oportet debitum coacto iure consecutus fuerit oportet eodem die solvere et iudex in eo suam penam adquisivit. <De debito coactum ius aquisito ^c> Sin autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito de quo <Regula iuris. Debitor in regere si non plene satisfecerit, proscribetur istis. In cuius est exactio, quam excusat inopia debitoris ^b> profatetur qui solvere tenetur infra duas ebdomadas et si

tempore statuto non solverit, extunc iudex in eo suam adquisivit penam, extunc solcite mandat ad viii dies, deinde ad iii dies, extunc die sequenti.

Quociens tunc mandatum debitor ad implere neglexerit tociens penam suam in eo iudex adquisivit.

Si penam iudici et debitum creditori solvere contempserit, <Creditor Bÿszczyrcz albo dzwyerdza; fiscat vel pignorat vulgariter ma bÿcz czÿa dzana ^{b>} extunc fiscatur sua possessio per hoc compellitur, quod debitum creditori et pena iudici persolvatur. Si autem possessione caruerit, extunc banno compellitur et extunc eum potest bene <Sua possessio vulgariter gyego władza albo gyego gÿmÿenye ^{b>} [k. 24ra] comprehendere ubi visus fuerit pro pena et pro debito. Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit penam iudici demeretur.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie; ^c na marginesie czerwonym inkaustem

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]

[23] ^a-De limina sanctorum vulgariter poszwÿaczÿ. Qui ad limina sancta vadit. Capitulum XXII-^a

Si aliquis ad limina sanctorum aut nundinas extra provinciam aut extra terminos ire voluerit, et si aliquis ipsum debito impedire voluerit, hoc fieri non debet.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: podróż, dług]

[24] ^a-De testibus infra tertia iudicium statuendis. Capitulum XXIII-^a

Opportet ius suum coram iudice recipere. Et si uni testimonium adiudicatum fuerit, inducias trinas per duas ebdomadas obtinebit, quotcumque elegerit aut iudicio proximo. <Regula iuris. Qui legem docere potuit aperiis est interpretacio facienda ^{b>}

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: sąd, termin]

[25] ^a-Regula iuris. Nemo potest plus iuris conferre quam sibi competere dinoscatur. Ad facinus duplex non sufficit ulcio simplex. Capitulum XXIII-^a

Quicumque scabino in scamno iudiciali improporaverit aut turpibus verbis obruerit, scabinus lucratur suam emendam triginta solidos, et iudex suam penam acquirit.

[k. 24rb] |de concordia ^b| Obruitur autem scabinus postquam sua sententia diffinita sit et consens[us] aliorum scabinorum preteriit, extra omnes emendas acquirunt et iudex penas, et quot fuerint emende, totidem iudici pene acquiruntur.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone ręką autora podstawy

[hasła: ławnik, ława, obraza, kara sądowa, mulkta, nawiązka, wyrok]

[26] ^a-De concordia. Capitulum XXV^{-a}

Quando concordia inter discordantes coram iudicio ordinata fuerit, diuturnus fremitus non pr[ot]esta[ri] potest cum iudice et scabinis.

Quodsi scabini mortui fuerint, tunc protestatur cum hominibus fidedignis, qui iudicio affuerunt.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[27 § 1] ^a-De testimonio scabinorum. Capitulum XXVI^{-a}

Quicquam scabini protestantur aut confirmant, hoc iudex simul cum ipsis protestari debet et confirmare.

[27 § 2] ^a-De concordia extra iudicium^{-a}

Sed ubicumque concordia o[r]din[a]ta fuerit extra iudicum, hoc facilius potest probare vir cum sex testibus solus septimus, qui {esse} interfuerunt et audierunt et viderunt concordiam esse factam. Ubi concordia diuturna coram iudicio confirmata fuerit, et si ipsam violat adversa [k. 24va] pars, et si vincetur, ut ius dictaverit, cum iudice et scabinis, pro vulnere manum, pro homicidio collum.

<Quando concordia infringitur ^b> Si autem contingerit, quod alter eam infringierit, hunc tamen emendare cum re[com]pensa oportet, pro vulnere ix talenta, pro homicidio xviii talenta, nisi se possit excusare secundum iuris edictum.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie czerwonym inkaustem

[28 § 1] ^a-Pater ter eximit filium. Capitulum XXVII^{-a}

<Regula iuris. Inputare ei non debet per quem non stat, si non faciet, qui – eum fu[e]rat fa[ci]endum ^b> Et vir quivis filium suum ter potest eximere, quem habet in potestate, coram – iudicio pro quolibet crimine capitali tacto sacramento metseptimus^c secundum ius provinciale.

Similiter et vir potest filium suum, quem in potestate habet, tribus vicibus potest eximere, ubi autem collum ad manum pertransit.

<Quarta vice ipsum iudicabit ^d> Quarta vero vice ipsum solum propria in persona iudicare oportebit, et patrem in suo iure, si filius non impediat, si filius bene respondisset prius.

<De patre et [fi]lio in eodem crimine deprehensis ^d> Si autem pater simul cum filio suo in eodem crimine coram iudicio impulsati fuerint, extunc pater filium eximere non potest, nisi prius se ab eodem crimine expurgabit.

<De mercede famuli ^d> Famulus potest mercedem suam, quam promeruit [k. 24vb] quinque solidos obtinere tacto sacramento mettercius ita tamen, si dominus voluerit consentire. Si autem dominus voluerit probare tacto sacramento mettercius, quod sibi persolvit, tunc propius est evadere, quam famulus obtinere.

Si autem famulus suam mercedem super suum dominum obtinuerit coram iudicio, pro eo dominus nullam penam iudici demeretur, sed famulus eadem mercedem eadem die solvere tenetur indilate.

[28 § 2] ^a-De debito vini vel potus. ^{-a}

Si alter alterum pro vino vel alio potu inculpare voluerit, evadet ut aliud debitum, in quo nullum damnum ostendere possunt aut protestari.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie czerwonym inkaustem, obcięty fragment karty uniemożliwia pełny odczyt; ^c w rkp. met vii; ^d na marginesie

[29 § 1] De dono coram iudicio facto. Capitulum XXVIII

Donum, quod viro aut mulieri datum fuerit coram iudicio bannito, in eo mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradicione quidquid ei placet.

Idem potest facere ille vir, qui sibi par fuerit cum parte sui doni, quicquam deliberaverit modo simili, quam ipse suscepit.

[29 § 2] [k. 25ra] De bonis femine sine prole decedentis. XXVIII

Si moritur femina absque herede, ita quod nullum heredem a suo marito peperit, ipsa hereditat sua successoria, seu prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successorem, sive masculus sive femina, qui sibi sit paris condicionis. <Paris condicionis vel heres legitime naturis secundum formam Sancte Ecclesie vulgariter czȳsthego loza polozonȳ ^b> Idem faciet vir illi, qui sibi sit paris condicionis. Insuper omne aurum et argentum informatum, et omnis siligo et carnes cervisia cum vino, et panis, que vel quod et quantum post tricesinum permansit, vel permanserunt, totum cedit <De suppellectile post tricesinum ^c> heredibus viri et non femine, exceptis pulmentariis, de quibus mulier mediam partem <pulmentaria vulgariter jarzȳnȳ ^b> recipit et heredes viri reliquam partem mediam tollunt.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie czerwonym inkaustem; ^c na marginesie

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]

[30] ^a-Que spectant ad hereditatem. Capitulum XXIX^{-a}

Ista sunt, spectant ad hereditatem: omne aurum et argentum informatum, omnia vasa argentea, et tela, que non incisa aut formata ad muliebria vestimenta, et sartagines, que a loco non moventur, et dolia, et vasa distillatoria, <vasa distillatoria szadÿ spuszczadlne sicut in braxatorio et in cellario in quibus reconditur -- ^a> et omnia caldaria, excepto caldari magno, [in quo] [k. 25rb] liquescit cera, que spectat ad suppellectile.

^a-Proprium dicitur hereditas sicut domus, arca, fundus, predium et omnes agri, ortus, vinea, humulentus vulgariter chmÿenÿk.^{-a}

Omne proprium, quod locando possessum est, et omnia arma et omnes gladii, et eciam omnes olle omnes heree aut morsee, et cinguli, bracciales, et annuli viri, hec predicta spectant ad hereditatem. Mense et lavatoria, omnes ciste planis cooperimentis, sedilia spectant ad hereditatem, pelves cuspe <Cuspa dicitur cussa vel eciam tok potest dici in hoc loco ^c> et ciste annonarum, et porci, qui in curriis seu in domibus nutriuntur, eciam spectant ad hereditatem.

Omnes porci impinguati spectant ad pulmentaria. Ubi pulmentaria da[n]tur et omnis expensa domestica, que in potestate viri est tempore mortis, et omnes vacue cuppe, pulmentaria recipit mariti uxor, et non sua cognata proxima.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie czerwonym inkaustem, ucięty dolny brzeg karty unimożliwia odczyt ostatniego wersu; ^c na marginesie

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto]

[31] ^a-De vulnerato per alterum in defensione vite. Capitulum XXX^{-a}

Vulnerat quis alterum^b vitam suam defendendo supra publicam viam, quod ille ipsum percutit aut vulnerat, et si {cla} [k. 25va] clamore proclamaverit, et si invasor comparet violente[r], seu proterve, et conqueritur sui iudicii, et ille non potest nec audet, <pro imbecillitate corporis vulgariter dla mgłoszczÿ czyeleszneÿ ^c> pre imbecillitate sui corporis tunc comparere, et inposterum tunc eodem die compareat et conqueratur iudici et scabinis, <Regula iuris. A[ctus] legitimi [co]ndicionem non recipiunt neque diem ^d> et ostendat sua vulnera, et protestetur per hos, qui suum clamorem audierunt, quod nuncium^e [s] contencionis sui adversarii fuerit et inter suum, quod et ipse se defenderit in defensione sue vite, et ipse acquirat querimoniam primam. Sed si pernoctabit, extunc hoc fieri non potest.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. alteri; ^c na marginesie; ^d na marginesie czerwonym inkaustem; ^e w innych tekstach Weichbildu initium

[hasła: zranienie, zwłoka, obrona konieczna, droga publiczna, sędzia, skarga, uszkodzenie ciała, ławnik, świadek, obwołanie]

[32 § 1] Que pertinent ad suppellectilia. Capitulum XXXI

[^b] Hec sunt ad suppellectilia, que pertinent: omnes oves et auce, et ciste cum elevatis, omnia strata, pulmentaria et cussini, linteamina viorisalea [^s], pelves, manuteria, lucibula, candelabra, semen lini et omnia muliebria vestimenta, et omnes libri^c, in quibus mulieres consueverunt legere, que ad Dei cultum pertinent, sedilia ac scrinia, cape[k. 25vb]/cia, czepcze, dorsalia, lecti, tectoria, balneata et omnia pepla, et alia omnia ornamenta capitis muliebria, hoc est, quod ad feminam spectant supellectile. Et ad huc diversa sunt clenodia, que ad suppellectilem pertinent, singulariter tum nomina sicut sunt seticule. Et quicquam extra prenominata in rebus inventum fuerit, hoc pertinet ad heredes.

[32 § 2] De eo quod respondet^d nemo tenetur nisi ydiomate.

<Regula iuris. Cum fuit parto iura, reo potius est faciendum quam actori ^e> Quodsi duo vulnerant se mutuo in iure municipali, qui ambo processerunt de stirpe Sclavonica et tamen scabini^f [^s] non sunt, compareat <Regula iuris. Sciente et non faciente non est iniuria neque dolus ^g> unus et conqueratur in Sclavonico ydiomate, alterum non oportet respondere, si sibi placet, nisi queratur in eo ydiomate, quod sibi innatum est per ius municipale.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie rysunek dłoni; ^c w rkp. libria; ^d przerobione z respondetur; ^e na marginesie; ^f w innych tekstach Weichbildu Sclavi; ^g na marginesie czerwonym inkaustem

[hasła: gerada, zranienie wzajemne, język słowiański, skarga, odpowiedź na skargę, prawo miejskie]

[33] ^a-De causa que absque iudicio terminari debuit. Capitulum XXXII-^a

Quod si duorum virorum querimonie dilate fuerint in iudicio bannito coram iudice, de voluntate iudicis et consensu, et parcium arbitrio utracumque inter [k. 26ra] [^b] ipsos concordia extra iudicium debeat terminari, nec ultra causam peragendam, et se arbitri ad hoc electi de causa intromitant concordandi, absque iudicio et querimonia in omni modo non repetendo cum consensu iudicis. Et si alter ex eis inposterum suam querimoniam vellet renovare pro hac causa coram iudicio, si protestari poterit cum iudice et scabinis, quod causa absque iudicio debeat criminare.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na górnym, obcięty marginesie [tractatus] primus

[hasła: skarga, sąd, ugoda, zgoda sądu, sędzia, ławnik]

[34] ^a-De duobus invicem vulneratis et unus conqueritur coram iudice et alter coram quatuor bancis. Capitulum XXXIII-^a

Quodsi se duo mutuo vulneraverint equaliter, ex hiis unus vadat ad iudicem in domum suam, et faciet querimoniam {et alte veniat} et alter veniat ad quatuor bancos et conqueratur cum clamore scabinis et iudicio astantibus, et vulnera ostendat, et mittat pro iudice et conqueratur, ipse primam querimoniam obtinebit, et si testes super hoc habuit a scabinis [aut] astantibus iud[k. 26rb]/icio, quod inter quatuor bancos querimonia fuerit.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: zranienie wzajemne, sędzia, ławnik, rana, skarga]

[35] ^a-De duobus equaliter vulneratis. Capitulum XXXIII^a

Et si duo mutuo se vulneraverint equaliter et querulantur equaliter, quicumque ex eis in alterum duellum adquisierit, tum eius adversarius manum demeretur. Ita tamen, quod ei [?] si vulnus monomachale fuerit. Et si alter ex eis, antequam duellum acquisitum fuerit, moritur, adversarius collum demeretur.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: zranienie wzajemne, pojedynek sądowy, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, kara śmierci]

[36] ^a-De vulneratore de facto cum clamore ad iudicium deducto. Capitulum XXXV^a

Si aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneraverit in facto recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deducit, qui sic queruletur cum prolocutore: „Domine iudex, ego cum querela propono super virum istum, quod ipse venit intra municipia vel in strata regia, et in me pacem violavit, et me spoliavit in meo corpore et in meis bonis, et me vulneravit, dum pacem in me confregit. Tunc vidi ipsum propria in persona et proclam[av]i in eum [k. 26va] cum clamore, et ipsum captivum et communitum huc ad iudicium deduxi, et volo eum vincere per eos, qui clamorem meum a[u]dierunt, et cum meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. <diffiniuntur a decreverit ^b> Et in sententia requiro, quomodo hoc probare debeam, ita ut michi proficiat in iure meo”. Et tunc satisfacionem petat adversarius pro hac querimonia, et dicat se innocentem. Ille, qui ipsum in facto manifesto detinuit, facilius eum vincere potest cum testimonio, quam ille captus cum testimonio possit evadere. Si, ut iuris est, probaverit testimonio, ille solvat collum, si est homicidium, vel ad manum, si est vulnus <szmÿertheInye ^c> monachale, cum ad iudicium ipsum cum facto <Ille debet esse testis, qui non est in iure reprobatus ^d> manifesto. Pro teste quivis vir potest alteri astare, qui in suo iure non possit argui, excepto patre et fratre, et filio et mercenario.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie czerwonym inkaustem, wskutek zniszczenia karty reszta noty nieznana; ^c ręką komentatora na marginesie, ze znakiem wstawienia; ^d na marginesie

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]

[37] ^a-De vulneribus cum cutello aut gladio. Capitulum XXXVI^a

Quod si duo mutuo se vulneraverint: unus cutello alter gladio, et si vulnera utriusque monachalia fuerint, ille cum [k. 26vb] gladio solvit manum, ille cum cutello solvit collum, quia cutellus furtivam infert mortem.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: zranienie wzajemne, nóż, miecz, rana godna pojedynku, kara ucięcia ręki, kara śmierci]

[38] ^{a-}De vulneribus dilatis ad proximum iudicium. Capitulum XXXVII^{-a}

<Regula iuris. Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem. Item factum retractari non debet legitime, licet casus postea eveniat a quo non potuit inchoari ^{b>} Eciam si alter alterum vulneraverit et causa sua pernoctaverit^c sibi debet indici in iudicium proximum. Et si vulneratus fuerit et vulnus monachale non fuerit, et si comparuerit et conquestus fuerit, sibi indici debet ad proximum iudicium.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie czerwonym inkaustem; ^c w rkp. pernociaverit

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, rana godna pojedynku, sąd, sędzia]

[39] ^{a-}De vulneribus et de pugilli duello mercenario. XXX8^{-a}

Si duo viri se vulnerant et ambo coram iudicio conquerint et querimonias proponunt, qui primam querimoniam precelentem protestar[i] possunt, <Duellum causam mortale prima ^{b>} apud suum adversarium duellum acquirit, si ipsum iusto modo salutaverit, et si vulnus <Salutaverit et citaverit> monachale fuerit.

Si autem duellum dilatum fuerit, et si alter pugillem querint super alterum, et si ille protestari poterit, <Si autem vulnus monachale fuerit, tunc incontinenti sibi iudex formare debet pro facto manifesto ^{c>} quod pugil sit mercenarius, extunc de iure a duello sibi cedere potest. <duellum et vel mortalitas alias burdmet duellum dicitur pone--d d>

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie; ^c na marginesie czerwonym inkaustem; ^d na dolnym marginesie ręką komentatora, ucięty brzeg karty

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, pojedynek sądowy, rana godna pojedynku, odroczenie, pięściarz, zastępca, najemnik]

[40] [k. 27ra] ^{a-}De vulneratore fideiusso et post ea vulnerato octiso. Capitulum XXXIX^{-a}

Si vulnerat vir alterum, et si caucionem fideiussorie fecerit usque ad iudicium, et si iudex pacem ipsis indixerit, et ipsum post hoc occiderit, et fideiussores posuerit pro causa eadem, ipse tamen propius est evadere de homicidio metseptimus^b, quam ipsum possit protestari. Si autem coram iudicio comparuit, et si in iudicio bannito pax manu promissa fuerit coram iudice et scabinis pro primo vulnere, et ipsum postea octiderit, hoc melius super eum potest protestari, quam ille possit evadere.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. met vii

[hasła: zranienie, poręczenie, sąd wyłożony, sędzia, pokój, uwolnienie od skargi, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, zabójstwo, ławnik]

[41] ^a-De duobus invicem vulneratis et cum unus incepcionem littis in vulneribus moritur. Capitulum XL^{-a}

Si duo mutuo vulneraverint se et ambo coram iudicio comparerent et querulose proponunt, et querimonia usque ad iudicem delata fuerit, qui primo querulatus fuerit, moritur {moritur} ab hiis vulneribus, mortuus ad iudicium [k. 27rb] portetur, et alter eciam vulneratus in iudicio comparuit, et unus, de mortui, cognatus loquatur super vulneratum cum testimonio, quod ipse suum afinem octiderit, et pro eo petat iudicium. Extunc ille petat satisdacionem de iure, ut ostendat suam innocenciam cum suo testimonio evadendo homicidium. Si hoc, ut iuris est, protestaverit, proprius est evadere, quam ille super eum possit protestari, quia $\vdash a \vdash^b$ ambo querimoniam coram iudicio inceperunt. Sed suum testimonium sic debet procede, quod initium fuit illius contencionis, et non suum. Et si suos testes incontinenti habere non poterit, terminum sex ebdomadarum acquirit, tunc facilius homicidium potest evadere metseptimus^c, quam ille cum testimonio possit vincere. <Monomachaliter et duellatorie vulgariter Szmyertelnye ^d> Si autem ille ipsum monachatur [s] alloquitur, ipsum pro suo collo pugnare oportebit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone ręką autora podstawy; ^c met vii; ^d na marginesie

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, odroczenie, krewny po mieczu, poręczenie, gwar, zabezpieczenie, termin, bliższość do dowodu, niewinność, zabójstwo, uwolnienie od skargi, pojedynek sądowy]

[42] ^a-De equo vendito quid promitti debet. Capitulum XLI^{-a}

Si mas vir equum vendiderit, promittere debet in eo equo, quod stabilem fuerit, ita quod a loco <De equo -to quid d- promitti e- b> dis[k. 27va]/scendere tempore se offerenti noluerit, et videre utrum comparens sit cecus, et eciam a iniusta arestacione.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie ręką komentatora, obcięty brzeg karty utrudnia odczyt

[hasła: sprzedaż, koń, ewikcja, odpowiedzialność, wada faktyczna, wada prawna]

[43] XLI^a. Si aliquis arestat equum et dicat, quod equus sibi subtraxerit aut subtractus fuerit vel spoliatus, ad hoc se trahere debet, ut iuris est, extunc ille bene ad suum venditorem trahere se potest et venditorem nominare debet, super quem se traxerit^b, et iurare tenetur tacto sacramento, quod ad verum se trahat venditorem. Quemcumque sibi nominaverit, ibi ipsum sequi oportet, non autem ipsum sequi debet ultra Mare Aquilonis. Et ibi fideiussoriam facit caucionem, non satis faciat iudici pro pena et pro expensis, quas adversarius suus expendit et diem nominare, quando ibidem debeat pervenire. <Cum in

foro communi emitur ^c> Si autem dixerit, quod in foro comuni et in libero equum emerit, extunc suam pecuniam, quam pro eodem dederit, integraliter amittat. Quod si habuerit hospitem, qui marcipotum benedixit.

Si etiam aliquis arestat equum, quem sibi aliquis subtraxerit vel subtractus fuerit [k. 27vb] aut spoliatus, ad hoc se trahere potest, ut iuris est, supradictum. <Qualiter equus arestat ^d> Quod si quis arestat equum vel quod si subtractus fuerit aut spoliatus fuerit, ad hoc se unica manu trahere debet tacto sacramento, qui tunc suus fuit et nunc suum quando sibi subtractum fuit et se trahere debet, suo dextro pede calcare debet equo super pedem anteriorem sinistrum et sinistra manu equum capere per dextram aurem, et petere debet reliquias et procuratorem. Et iurabit tacto sacramento super caput, quod tunc suum fuerit etiam nunc sit, quando sibi subtractus a[u]t spoliatus aut depredatus fuerit. Etiam ille tunc se trahat ad suum venditorem, ibi eum sequi oportet, nisi trans Mare Aquilonis.

^a dopisane czarnym inkaustem, zapewne przez komentatora; ^b w rkp. traherit; ^c na marginesie czerwonym inkaustem; ^d na marginesie

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczenie, pieniądze, skarga, konfiskata, sprzedawca]

[44] ^a-De fure in die deprehenso tribus solidis.

Regula iuris. Semel malus semper presumitur esse malus. Non parique pravis studeas bonis esse suavis fantor vel eorum nec sis protector eorum. XLII^a [k. 28ra]

Si fur clara diei luce deprehensus fuerit, qui bone fame sit, et furtum minus quam tres solidos valeat, reus est patibulo. <Solidus hic valet tres grossos ^b> De hiis autem denariis tres solidi medium fertonem debent ponderare.

<Ultra solidos tres furtum ^b> Si autem fur tempore seu tempestate noctis deprehensus fuerit cum sex denariis, reus est suspendio.

Si vir aliqua bona scilicet vel quicquid suarum rerum, qui sibi subtractum vel raptum fuerit, ad hoc se trahere debet tacto sacramento, ut iuris est.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: kradzież w dzień, kradzież w nocy, dobra sława, kara na skórze i włosach, kara śmierci, powieszenie, dobra, przysięga]

[45] ^a-De hereditate et possessione.

Regula iuris. Possessor male fidei ullo tempore non prescribit. Item pro possessore habetur, qui dolo desivit possidere. Non confirmatur tractu temporis, quod de iure ab inicio non subsistit. Regula iuris. Successorum naturam sequi congruit principalis. Item ius naturale ante omnia obtinet privatum.

Capitulum XLIII^a

Conqueritur vir super alterum pro bonis, quod sua vera sit hereditas, et quod ille teneat cum iniuria, et quod vera sit successio a patre, vel ab alio [k. 28rb] suo cognato, aut suo predecessore, et si ille comparet super quem querela proposita fuerit, et dixit habere bonorum defensorem, et bona possiderit anno et die pacifice et quiete, contradicione^b qualibet non obstante et est iuste et ritte meum predium censuale, ipsum oportet defensorem nominare et ad dies statuere, si potest. Et cum defendente seu defensore conservat sua bona in eo, si defensio fuerit, ut iuris est, a defensore. Si autem defectus fuerit in defensore, actor observat suam legalem possessionem in bonis eiusdem, quia quivis homo suam innatam servat hereditatem sive naturalem porcionem, facilius quam alter emptam hereditatem datam, aut obligatam hereditatem, aut datam proprietatem, aut predium censuale, cum impossibile sit aliquem naturali porcione defraudari.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. contradicionem

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]

[46] ^a-De bonis habitis a monasterio^b. Capitulum XLIII^a

Si homo habuerit hereditaria censualia et bona a quodam monasterio, aut alio domino, et si dominus vel abbas non fatetur, aut conventus, hic potest hoc probare met/[k. 28va]septem suorum heredum, quorum quilibet iurabit singulariter, quod iustum ac successorium suum sit predium censuale. Et si dominus vel abbas hiis septem de ipsorum bonis denegaverit aut si fateri noluerit, extunc quivis ipsorum metseptimus suorum heredum sua bona optinebit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. monestario

[hasła: dziedzictwo, własność, dobra czynszowe, klasztor, pan feudalny, opat, samosiódni, przysięga, współprzysiężnik]

[47] ^a-De testimonio super proprium alterius. Capitulum XLV^a

Si debet vir producere testimonium super proprium alterius metseptimus^b, aut mettercius, hoc facere oportet cum possessis hominibus, qui in iure argui non possunt, et etiam qui iudicio astare solent, et domicilia habentibus in iudicio supradicto. Si autem vir persoluta debita debet protestari super proprietatem alterius, hoc iterum debent possessi homines domicilia habentes, si hoc in iudicio non viderunt, nec in iudicio audierunt.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. met vii

[hasła: własność, samosiódni, przysięga, samotrzeć, posesjonaci, współprzysiężnik, domicyl, okręg sądowy, dług zapłacony]

[48] De victione debitorum. Capitulum XLVI

Si aliquis debet persoluta debita probare, protestando pro debito, hoc facere debet cum talibus [k. 28vb] hominibus mettercium, qui in suo iure non possunt argui.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: dług zapłacony, współprzysiężnik, przysięga]

[49] ^a-Quando vir habens primum ducit uxorem cum prius bona non habentes et post ea bona acquirunt, qui pueri succedunt. Capitulum XLVII^a

Si vir ducit viduam, que unum aut plures habuerit filios et ipse nulla bona habuerit nec ipsa, et vir unum filium habuerit cum sua prima uxore, aridente per suos labores bona habuit et proprietatem sive hereditatem habuerit seu emerit, aut super bona mobilia sive mercimonia posuerint, et in posterum vir moritur et uxor, extunc filius viri propius est recipere hereditatem, quam femine pueri, aut pueri sororis sue, vel eciam nepotis seu neptis ex sua filia. Ita tamen, si filius patri sit paris condicionis. Proxima cognata uxoris recipit de iure supellectilia.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: wdowa, syn, dobra, własność, dziedzictwo, ruchomość, towar, żona, spadek, zasady dziedziczenia, reguła, siostra, wnuk, wnuczka, równy stanem, krewna, gerada]

[50] De donacione absque contradictione successoris per annum et diem. Ca[pitulum] XLVIII

Si vir aliquis dederit pueris suis aliqua bona sua et sue uxori in iudicio bannito circa vi[k. 29ra] tam suam et bone rationis si sibi pueri pari fuerint condicionis et si de super pueris bona firmata sunt, et si in posterum alteri in eisdem bonis aliquid dederit aut heres fuerit, tunc ille, cui prima donacio sit data bene contradicere potest de iure ita tamen si testimonium iudicis de super habuerit et scabinorum, qui sibi primum donum donatum sit absque contradicione illius qui ad hoc successor sisterit infra annum et diem, extunc contradicere non potest si ibi testes de super habuerit.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: dobra, transakcja, sąd wyłożony, dożywocie, równy stanem, pokój, roszczenie, sędzia, ławnik, darowizna, sprzeciw, spadkobierca, rok i dzień, prawo]

[51] ^a-De donacione edificiorum mulieri facta. C[apitulum] XLIX^a

Si vir sue uxori aliqua sua edificia dederit, que super bona censualia edificata sunt, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore vite sue, et inducit eam in possessionem, et si decedit de hac luce sine prole, et si heres suus super bona eadem loqui

voluerit post mortem viri sui, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestari poterit, quod sibi datum fuerit. <Qui donatio infringitur ^b> Si autem edificia et apparatus viri proprium fuerit, extunc heres mu[k. 29rb]lieri infringere potest, nisi in iudicio bannito fuerit confirmata. <De donacione coram iudicio ^b> Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito, vel coram iudice et scabinis, nisi suus heres contradicat.

<De bonis hereditariis aut censualibus, que donari non debent ^a> Si autem hereditaria censualia fuerint, extunc sue uxori dari non potest absque heredum vel dominum proprietatis consensu, in cuius bonis sunt.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie]

[52] ^a-De mercimoniis et bonis mobilibus. Capitulum L^a

Si mercimonia aut bona mobilia habuerit, quod cum bonis emerit eiisdem successoris ^b-paterne successionis^{-b}, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Si autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus ac prospera fortuna acreverint, que dare potest in valitudine vite sue cuicumque placet cuilibet sine condicione.

Si alicuius monestarii^c obnoxius suam penam demeruit, hoc sunt xxx solidi, obnoxius bene potest sua bona resignare et iterum suscipere et dare cui placet, contradicione qualibet non |no ^d| obstante, que propriis laboribus acquisiverit. [k. 29va]

<De obnoxio domino censum subtrahente ^e> Ubi obnoxius suo domino suum censum subtraxerit, pro eo talenta tria demeretur. <De obnoxio criminale nephas comitente ^e> Quidquid obnoxius criminalis cause comiserit, pro eo nullibimis queret iudicium nisi domini advocati. Quando mortuus obnoxius, extunc suo domino aut suo advocato oportet dare denarios obnoxietatis et meliorem equum, quem habet. Idem oportet facere sacerdoti suo archiepiscopo aut suo seniori, dum moritur, tunc sibi suum meliorem equum dare oportet.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^{b-b} w rkp. paterne successionis; ^c w rkp. monestarii; ^d skreślone przez autora podstawy; ^e na marginesie

[hasła: zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość, żona, mnich, zakonnik, klasztor, sprzeciw, przestępstwo, sąd, wójt, arcybiskup, koń]

[53] ^a-De nepote in bonis avi succedente. Capitulum LI^a

Si vir moritur absque herede et nepotem ex filia habuerit, que exheredicata fuerit circa vitam, idem nepos maiori iure recipit <nepos dicitur wnuk avus dzjäd ^b> bona avi materni, quam iudicium, qui sibi est paris condicionis, sed iudicium recipit arma bellica. Si moriuntur omnes pueri <Post mortem filiorum hereditas spectat ad matrem et post ea ad

ipsius heredes. Idem ^c> post mortem, tunc hereditas spectat ad matrem. Si moritur mulier post hoc, tunc hereditas spectat ad heredes mulieris, qui sunt sibi paris condicionis, sive sunt de patre sive de matre. Vir sive mulier eciam non [k. 29vb] potest iure eciam cum tali hereditate quicquam facere absque heredum con[sen]su, que spectat post mortem ipsius. Sed tamen cum rebus mobilibus et immobilibus potest facere quid voluerit absque consensu heredum.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie czerwonym inkaustem; ^c na marginesie

[hasła: dziadek, córka, syn, spadkobierca, spadek, hergewet, żona, spadek]

[54] ^a-Quomodo manus abtestatur pro falsitate. Capitulum LII^a

Si unus alteri manum obtestare suam pro falso voluerit ac debuerit, hoc oportet et faciet mettercius^a <pro vulnere autem sic ^b> cum talibus hominibus, qui in iure suo argui non possunt. Si autem facere debet <manifestum factum ^c> pro vulnere in facto manifesto, oportebit quod faciat hoc metseptimus^d, per iusticiam pacis, ita tamen, si manifestum factum cum malefactore ad iudicium deductum fuerit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. met iii; ^c na marginesie; ^d w rkp. met vii

[hasła: samotrzeć, kłamstwo, fałszywe zeznanie, rana, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój]

[55] ^a-De tutore puerorum. LIII^a

Dum moritur vir, qui pueros habuerit, qui ad annos discrecionis nondum pervenerunt, proximus agnatus debet ipsorum esse tutor, eo quod quousque ad annos pubertatis pervenerint. Et si idem nondum ad annos pubertatis attingere [s], adiutor suus debet esse proximus agnatus [k. 30ra] suus, eo quod usque ipse ad annos pervenerit discrecionis, et rationi [s] de anno ad annum pupillorum coram vero ipsorum tutore facere tenetur. <De etate pueri li. a. lxxx et lxxii et lxxiii ^b>

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie, odesłanie w obrębie Ius municipale

[hasła: ojciec, dziecko, krewny po mieczu, opiekun, lata sprawne, dojrzały, sprawozdanie, rachunek]

[56 § 1] ^a-De querimoniis [s] testimoniis circa violencias. Capitulum LIII^a

Quevis querimonia et testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptimus^a protestari oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, [que] monachalia non fuerint.

[56 § 2] ^a-Quid sit factum manifestum^a

Manifestum factum ibi et dicitur, ubi vir captivatur cum furto aut spolio, deprehensus ad iudicium ducitur cum clamore. Insuper manifestum factum eciam ibi esse dicitur, ubi viri gladius aut cutellus, aut alia litiosa in sua manu deprehensa fuerit, cum quo pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium clamore deductus fuerit. Hunc actor metseptimus^b vincere debet circa ius pacis. [k. 30rb] Et si factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit, sicut est <de protestacione criminum et ipsa querela >^c stuprum, obsidium, irruencia domicilii, homicidium, furtum, spolium, tunc homo probare debet protestando metseptimus^b. Si vero vir de istis conqueretur, extunc sua querimonia sic debet procedere: „Domine iudex, ecce conqueror Deo et vobis, quod hic homo venit inter nupcialia^d [s], et in me pacem violavit, et me stupravit et spoliavit in corpore et in rebus et honore muliebri^e, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem audiverunt, et ostendere volo factum, ut de iure teneor et debeo, et requiro in sententia diffinitiva, quomodo ipsum vinci [s] debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc ille petat satisfacionem, si vult, quomodo sibi facere oportet, et dicat de facto se esse innocentem. Tutor mulieris tunc interroget in sententia diffinitiva, si femina violenciam melius protestari poterit cum [k. 30va] hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur iure, quod possibilis possit ipsum vincere cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille evadere possit. Et si hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. met vii; ^c na marginesie; ^d w innych tekstach Weichbildu municipalia; ^e w rkp. muliebre

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]

[57] ^a-De querela super insidiatorem. Capitulum LV^{-a}

Si vir insidiatorem et D hic stat et conquerat super .H. Deo et vobis, domino nostro, regi ac duci, ac vobis, domine iudex ac toti universitati civitatis, divitibus ac pauperibus, quam ipse |super^b| inter nuptialem^c [s] venit ad locum talem, ubi C pace et |pace^b| quiete perfrui debuerat et sibi obsidium fecit in strata regia, et in regia pace, et in eo nuptialem^c [s] pacem infregit et ipsum vulneravit et destruxit et spoliavit in corpore et eciam in rebus, et in eo talem strepitum perfecit, quod |b^b| bene probare possit, et cum ipse in eo {pa} [k. 30vb] pacem violavit et strepitum comisit, tunc ipsum in propria vidit et ipsum clamore proclamavit. Si hoc fatetur diligit, si autem negabit, ipse eum vincere intendit per hos, qui suum clamorem audiverunt ac suo testimonio. Et sicut ipsum captum in manifesto facto deduxit ad iudicium, sic in sententia requirit, quomodo ipsum vincere debeat, et si proficuum sit in suo iure.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy; ^c w innych tekstach Weichbildu municipale

[hasła: skarga, król, książę, sędzia, miasto, zasadzka, droga królewska, zranienie, pokój, gorący uczynek, sąd, wyrok, prawo]

[58] ^a-De querela per vulneratum in facto manifesto deprehensum. Capitulum XVI^a

Si vulneratus ad iudicium cum clamore decuctus fuerit in facto manifesto, et si ita inbecillis aut debilis fuerit, quod ipsum per tutorem seu prolocutorem querulari oportet et prolocutorem per sententiam petat, extunc tali modo procedat sua querimonia: „Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro avvocato, extunc in sententia requiro, si per iusticiam ab aliquo insidias debeat pati, quam iure terreni [s] debeam [k. 31ra] aut sustinere, cum suam causam propter iuris exigenciam teneo”. Extunc sibi petat colloquium pro consilio, et cum colloquium habuerit, tunc requirat, qualiter suam causa inchoare debeat, et hoc per sententiam diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc interroget sentencialiter, si requiri debeat de ore ad os, a quo suam habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emituntur duo scabini et ipsis preco, aut duo viri, qui iudicio astant aut astare consueverint, qui ab ipso soli audiant, a quo sua receperit vel habuit damna, vel qui in eo pacis federa confregit. <Federa pacis vel firmatam pacem vulgariter uczywyerdzoný mýr ^a> Extunc requirit sententionaliter, si interrogari debeant circa iuramentum prestitum ac ius civitatis, quam ab eo audierint. Audita responsiva, tunc in se[n]tencia requiratur, si iam perfecerit, cum sibi diffinitur, quod sic, et sic eciam secundus et tercius interrogetur. Extunc sibi diffinitur, quod sibi profecerit. Extunc querimoniam incipiat: [k. 31rb] „Domine iudex, placeat attente audire”. Tunc hic conqueritur ·N· super ·T· virum et super^b virum P·, quod ipsi venerunt intra municipale, et in eo pacem infregerunt et ipsum vulneraverunt aut proximum suum affinem pervicum trucidaverunt, si homicidium fuerit, et ipsum spoliaverunt corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc illi ter vocantur, quando vocati per clamorem ter fuerint, tunc conqueratur ul[te]rius et nominet^c malefactores, ut prius querulatum fuit. Item faciat tercia vice. Extunc inducie^d indicantur per noctem. Si tunc non comparent, duellum in eis aquiri potest.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. supre; ^c w rkp. noninent; ^d w rkp. indicie

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]

[59] ^a-De protestacione super furem aut spoliatorem et querela. LVII^a

Quando vir furem aut spoliatorem protestari voluerit, quod cum manifesto facto cum clamore adductus fuit, qui sic conqueritur: „Domine iudex, conqueror Deo et vobis super meum furem, quem cum apperenti furto captivatum et ligatum ad iudicium [k. 31va] hucusque deduxi, quod venit inter meos angulos, subtraxit michi mea bona, super quo habeo bonum testimonium cum hiis, qui meum clamorem audierunt, et ipsum vincere iure meo ac meo testimonio, ut hic ius dictaverit. Et requiro, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Tunc sibi diffinitur metseptimus^b, si furtum prius fuerit. Idem iudicium fiat pro spolio et super raptorem.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. met vii

[hasła: kradzież, złodziej, gorący uczynek, sąd, skarga, sędzia, dobra, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[60] ^aQuando quis compellitur ad loquendum alicuius verbum in facto manifesto. Capitulum LVIII^a

Ubi vir alterius verbum loqui debeat et quod sentenciis scabinorum vel iure compellitur in facto manifesto, dicat: „Domine iudex me dedistis homini prolocutorem, extunc requiro in sententia, si ab aliquo pro eo nunciam habere debeam, quod verbum suum per iuris loquar exigenciam, quanto melius possum a valore [s]”. Quando sibi hoc diffinitum fuerit, tunc sibi diffiniat correctionem, quod si ipsum in aliquo negle[k. 31vb]xerit, quod se corrigere poterit mecum aut per me aut alterum advocatum. Cum sibi hoc diffinitum fuerit, petat colloquium, si vult, exercere requirat in sententia, quando querelam inchoare debeat, ut sibi in suo iure proficiat. Cum sibi hoc diffinitum fuerit, tunc in sententia interroget, sit lesus, interrogari debeat, quis in eo pacem infregit et si ita debilis fuerit, quod suum malefactorem nominare non possit.

Cum igitur hoc diffinitum fuerit et ipsum iudex aut duo scabini vel duo viri, qui iudicio astare solent, viderunt, requirat in sententia, si ipsi causa iusticie dicere debeant circa iuramentum ipsorum et ius civitatis, quod notorium ipsis de hoc facto sit.

Cum hoc sibi diffinitur ab uno et secundo et tercio et tunc requirat in sententia sua si iam proficeret cum sibi hoc diffinitum fuerit et pacis violator citatus per clamorem fuerit, ut iuris est, dicat sic: „Domine iudex, placeat [k. 32ra] a[u]dire verbum suum tunc conqueritur vobis super”. Hunc ·N·, quod ipsum in strata libera infestavit hanc inter nupcialia^b [s] in eo pacem infregit, et ipsum vulnerat et violenciam in eo peregit, nam probando ostendere potest, et ipsum depredavit corpore et rebus, et enim sibi recepit, quod sibi minus valeat, nisi duellum mereatur. Et super eo petit a nobis iustum iudicium. Extunc pacis spoliator proclamatur primo, secundo et tercio nomine suo ·N·, et iterum suam removet^c querimoniam in hunc modum: „Domine iudex, vobis conqueritur super virum ·P·, quod ipse venit intra municipale in strata regia, in eadem die pacem infregit”, et ipsum rebus et corpore sanitatis depredavit et ipsum vulneravit et in eo strepitum fecit, quem apparenter potest demonstrare, et pro eo petit iudicium, et sic tercia vice faciat. Tunc ostendat vulnus et interroget, si suum pacis violatorem et sententia diffinitiva in aliquo loco invenerit, si ipsum licite possit arestare ex parte iudicii.

[k. 32rb] Cum igitur hoc fuerit diffinitum, tunc petat pacem, que sibi iudici debet.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w innych tekstach Weichbildu municipalia; ^c w rkp. removet

[hasła: sędzia, pełnomocnik, wyrok, niepełnosprawny, ławnik, przysięga, prawo, skarga, zranienie, przestępstwo, droga królewska, rana, okazywanie ran, pokój, posiedzenie]

[61 § 1] ^aQui aliquem equaliter salutat seu alloquitur ad duellum. LIX^a

Si monachaliter suum equalem salutare seu alloqui voluerit, hunc in iudicem petere oportebit, ut se intromittere possit de uno solo pacis violatore, quem videat in presenti. Cum hoc sibi per sententiam diffinitum fuerit, tunc etiam in sententia requirat, per quem

modum se de ipso intromittere debeat, ut sibi in suo iure proficere possit. Tunc sibi de iure diffinitur, criminaliter per capillum capitis seu per oram vestimenti. Et cum se de ipso intromiserit, quod factum facere potest, si vult, aut pro eo habere colloquium. Tunc ipsum iterum inculpare oportebit, quam pacem in eo infregit aut in strata regia aut in via qualiter infregerit eodem modo queruletur super eum, tunc ipsum iterum inculpet, quod ipsum depredavit et eam vim in eum infregit, quam bene probare poterit. Tunc vulnus aut cicatricem [k. 32va] demonstrat, si vulnus sanatum fuerit. Tunc ulterius conqueratur, quod ipsum spoliavit bonis suis et de ipsis tanta recepit, quod meretur bene duellum. Hec tria anumeralia [s] omnia facta simul conqueratur, de quoquumque horum de uno obliviscitur aut tacuerit, extunc suum duellum ammisit^b. Tunc loquetur ulterius: tunc ipsum solum vidi, hoc persona in propria, et ipsum clamore^c proclamavi. Si fatere^d voluerit, quod diligo, et si non fatebitur, ipsum omni iure vincere volo, ut michi vulgus iudicaverit, aut scabini, si sub banno regio fuerit. Extunc ille petat satisfacionem, quam sibi facere debet. Cum vir suam potest querimoniam meliorare aut satisfacionem, si voluerit. Facta satisfacione ille exhibeat suam innocenciam, hoc est iuramentum, quod iurare oportet, et iuramentum monachale, si ipsum iurare incitaverit et si ibi fuerit, hoc est proficere si poterit pre [s] imbecillitate corporis sui. <Quilibet cum im pari non habet duellum^e> Quivis potest a duello excusari illi viro, qui sibi paris [k. 32vb] condicionis non fuerit. Ille autem, qui nobilis nature fuerit, ille posse non potest [illi], qui deterioris nature fuerit, si ipsum alloquitur.

<Qui cedit a duello^e> A duello eciam cedere potest, qui post meridiem al[l]ocutus fuerit, nisi ante meridiem esset inchoatum, <Quando debet iudex habere ad duellum^e> iudex eciam debet habere clipeum et gladium illi, super quem allocutum fuerit. A duello eciam homo potest actipere suos affines, si uterque suus affinis fuerit et iter [s] consanguineitatis linea coniuncti, si fuerunt simul pugnare non poterint. Iudex eciam duos nuncios dare debet cuilibet hiis, qui pugnare debent, qui videant, ut habeant attinencia secundum veram consuetudinem.

[61 § 2] ^a-Quibus uti debent in duello. Item linea vestimentum vulgariter parczyane dzyenye^a

Coreum et linea indumenta induere possint aut debent, quantum placet^f. Caput et pedes antea^g nudi sint, in manibus cirothecas habeant, unum gladium nudum in manu et alio cinctus, aut duobus, [k. 33ra] hoc arbitrio eorum comittitur, et unum clipeum rotundum in manu, ubi non aliud quam lignum aut coreum sit, potest [s] manu tectorium, quod potest esse ferreum, unam tunicam absque manicis supra preparatam. <Quando iudex debet facere ad duellum^e> Eciam iudex debet indicare pacem circa collum, quod nemo eos impediat circa duellum. Cuilibet iudex ipsorum unum virum dare habeat, qui falangam ferat, qui ipsos in nichilo impedire debet, nisi si unus ceciderit, quod falangam interponat, aut si vulneratus fuerit. Aut si falangam desiderat, hoc idem facere, nisi voluntas iudicis fuerit, non potest. Postquam circulo pax indicta fuerit.

Ambo debent circulum affectare, quem ipsis iudex licenciare debet. De iure finalia ferramenta^h de vaginis gladiatorum deponere debent, nisi a iudice licenciam habueri[n]t.

Ambo armati debent ire ante iudicem, et ambo iurare debent: unus, scilicet actor, quod causa sit vera, pro qua super ipsum [k. 33rb] querelam fecerit, et respondens, quod sit innocens. Sic ipsos [s] Deus adiuvet ad suum duellum. Sol eciam ipsis dividi debet directe,

quando primo conveniunt. Si vincetur ille, super quem conqueritur, tunc iudicetur sententia capitali. Si autem vincitur, dimittetur cum pena. Actor primo circulum intrabit. Si alter diu tardaverit, iudex debet preconem invocare [et] mittere in illa domo, ubi se preperaverit, et duos scabinos cum ipso mittere debet. Sic civitatiⁱ [s] esse debent primo et secundo, tercio, et si ad terciam cittacionem non venerit, tunc querulator surgat et se ad duellum exhibeat. Et statim percuciat duos ictus et semel surgat contra ventum, cum eo ipse suum adversarium devicit tali causa sive cum querela, pro qua ipsum fuerat allocutus. Et iudex sibi debet iudicare, sicut esset duello convictus, sic mortuus debet convinci, si in furto aut rapina, aut in tali crimine fuerit octisus. Si autem mortuus cum vii testibus [k. 33va] protestari poterit, extunc si ad duellum non indiget exhibere contra ipsum. Si autem alter agnatus mortui, qui[s]cumque fuerit, loco ipsius ad duellum se pro eo exhibere voluerit, tunc hic extinguet omne testimonium, quia tunc ipsum absque duello vincere non potest, superius est expressum. Si eciam vincetur et ille, qui ad duellum captivus aut salutatus fuerit, aut promittit aut fideiussorie caucionem fecerit comparere et comparuerit ad iustam responsionem.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. ommisit; ^c w rkp. clamorem; ^d w rkp. fatere; ^e na marginesie; ^f przerobione z placent; ^g w rkp. anna; ^h w rkp. fereamenta; ⁱ w innych rękopisach Weichbildu cittari

[hasła: sędzia, pokój, wyrok, prawo, pojedynek sądowy, skarga, droga królewska, oskarżenie, rana, blizna, dobra, sąd królewski, ławnik, gwar, zabezpieczenie, przysięga, niewinność, niepełnosprawność, równy stanem, szlachcic, tarcza, miecz, krewny, zwyczaj, pięściarz, wola, powód, kradzież, świadek, krewny po mieczu, nawiązka, kara sądowa, mulkta, posiedzenie]

[62] ^a-Qui actor in probacione deficit eodem iudicio iudicatur. LX^{-a}

Quicumque octisum aut vulneratum virum captivum ad iudicium deduxerit et ipsum pacis violatorem accusaverit, per duellum vel absque duello, si non probaverit secundum iuris exigenciam, ipse autem idem super ipsum iudicium iudicari oportebit, quod super illum procedere debuerat, ac si iudicio convictus fuerit, et hoc per iusticiam pacis. <De vulnerato [pri]mo valente duellare ^b> Si vulneratus vir hunc alloquitur, qui ipsum vulneravit per duellum, [k. 33vb] et si pre [s] debilitate corporis duellum perficere non possit, et si tutorem non habuerit, qui pro ipso pugnare velit, inducie sibi ordinari debent, quousque suum duellum perficere possit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie, odczyt niepełny wskutek obcięcia karty

[hasła: zabójstwo, zranienie, sąd, pokój, skarga, pojedynek sądowy, prawo, pokój, sprawiedliwość, rana, niepełnosprawność, pojedynek sądowy, opiekun]

[63] ^a-De iure privatis et infamibus. Regula iuris. Infamibus porte non pateant dignitarum. Capitulum LXI^{-a}

Qui vitam aut manum peccunia eximerit seu redimerit, quod iure demeruerit, hic iure suo privetur. Et si eciam circa vitam unus vir plura bona invenerit^b, quam sub iuramento adidiam [s] dederit secundum arbitrium civitatis, ille homo est periurus, sic homo debet

fieri et perdit omne ius suum, si bona illa fatetur, quod sua sint. Et si homo vincetur, quod periurus sit, hoc quod debet fieri coram iudicio bannito et si factum et actum, queritur, quare periurus factus sit et si fatetur, possunt bona dicta sub potestate inveniri, pro quibus [k. 34ra] iuramentum prestitit ac inquit, quod possunt protestari, tunc ius suum perdit et honorem et hominem.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. invenerint

[hasła: utrata prawa, pieniądze, wykupienie od kary, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[64] ^{a-}Qui aliquem fideiusserit pro crimine ad statuendum. LX^{-a}

Qui eciam iusserit unum virum pro scelere ad statuendum ipsum coram iudicio, et ipsum statuere non poterit, recompensa[m] ipsum solvere oportet, et sibi in suo iure non oberit illi, qui fuerat fideiussor, et nemo describi debet, nisi culpa ad collum suum sive ad manum sibi procedit.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: poręczenie, zapłata, wynagrodzenie, prawo, wino, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[65] ^{a-}Quando mulier recipit suppellectilia, quid viro manere debet. Capitulum LXI^{-a}

Si mulier recipit suppellectilia, ad quod spectat oves et medule [s] et omnia cibaria domestica, de quibus vir indiget ad unius anni revolucionem, que^b in sua possessione inveniuntur, ad mulierem pertinet medietas. Cum viro moritur uxor, propria sua agnata seu neptis recipit suppellectilia, que debet ordinare stratum viro suo, ut stetit, cum uxor sua vixit, [k. 34rb] cum cussino, suum sedile cum pulvinari, suum stratum cum lecto, cussinus cum culcitram suam, sedem cum sedis tectorio, quod singulis diebus iacuit, suam mensam cum mensali et manutergio. Hec et nulla recipit pulmentaria.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone m z pierwotnego wyrazu quem

[hasła: gerada, mąż, krewna, część obowiązkowa, okrasa]

[66] ^{a-}De armis bellicis. Capitulum LXI^{-a}

Mulier pro armis bellicis gladium mariti et suum rucanum [s] vel dextrarium meliorem sellatum et meliora arma habuit pro corpore unius viri, cum decessit in sua potencia. Ipsi debet dare pulvinar bellicale, hoc est lectum et duos cussinos, et duo linteamina, et unum mensale, et duas pelves, et unum manutergium. Hec sunt universalia arma bellica.

Sed tamen diversi homines diversa componunt, que tamen ad ea non pertinent, sed quamquam ex hiis nominatis mulier ─mulier^b─ cum non habuerit, ad hoc, quod deberet, compelli non debet seu non potest, si manifesto iuramento probaverit pro qualibet re [k. 34va] pro se. Sed ubi ostendere patenter^c poterit, ibi vir nec mulier per

iuramentum evadere potest.

<Qui recipiunt arma bellica et qualiter ^d> Ubi duo aut tres ad una arma bellica nati fuerint, senior recipit gladium pro se et cetera dividunt inter se equaliter.

<Quis pupilorum sit tutor ^d> Et ubi pupilli annos pubertatis nondum attingerint, eorum senior agnatus recipit arma bellica solus, et ^bni eis est tutor puerorum quousque ad annos discrecionis pervenerint, extunc ipsis reddere tenetur et in super omnia ipsorum bona, nisi rationem fecerit eis, quo ea ad eorum profectum converterit, aut per spoliū aut per apparens infortunium et absque sua voluntate amiserit.

<Quod post arma bellica mulier recipit, dotalicium et alia ^d> Ipse eciam vidue est tutor, quousque maritum ducet, si parīs sibi fuerit condicionis.

Post arma bellica mulier vite recipit suum dotalicium aut suam vite promissionem et alia omnia, que ad supellectile pertinent, sicut sunt omnes oves et auce anethe, ciste cum elevatis tectaris, omnia strata pulvinaria, cussina, lintamina mensalia, [k. 34vb] pelves, manutergia, lucibula, candelabra, semen lini et linneu[m], et omnia muliebria vestimenta, crateramina, annulli et brachionalia et tenalia, psalteria et omnes libri, in quibus mulieres consueverunt legere, que [s] ad Dei cultum pertinent, sedilia et semina, tapecia, dorsalia, vela tectoria, balneamina et omnia pepla, et omnia ornamenta capitis muliebria, et ad huc diversa sunt clenodia, que ad suppellectilia pertinent, sed singulariter ea non nomine, sicut sunt seticule, pectines, forpices, specula. Sed tela non incista, aurum et argentum non textum non pertinet ad feminas.

Et quicquam extra prenomina in rebus inventum fuerit, pertinet ad heredes. Si aliquid ex his obligatum fuerit circa vitam viri, qui mortuus est, exemat sibi, si vult, ad quem iure pertinet.

Sacerdos dividet cum fratre, cum non sit monachus. Si puer in annis pubertatis religionem intraverit, ^bhic a [k. 35ra] bene potest, exunc si vult, intra annos et ius observet feudale et terrestre.

Si autem vir, qui dum annos pubertatis non impleverit, religionem intraverit, hic se a iure terrestri ac feudali alienavit, et sua feodalia vacant, quia scutum bellicum resignavit. Quod hoc possit protestari per hos, cum quibus similem vitam visus est suscepisse.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy; ^c w rkp. patentur; ^d na marginesie

[hasła: hergewet, gerada, kobieta, miecz, koń, mąż, przysięga, pełnoletność, lata sprawne, pupil, dobra, opiekun, wdowa, równy stanem, klejnot, srebro, złoto, zobowiązanie, kapłan, mnich, transakcja, lenno]

[67] ^a-De sentenciis et collo quis. Capitulum LXII-^a

De qua sententia prius requi[ri]tur, hec prior diffiniri debet. Ambo actor et ille, super quem conqueritur, hoc est respondet sive reus, possunt habere colloquia pro qualibet causa tribus vicibus, quousque eos preco revocat.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: wyrok, skarga, odpowiedź na skargę, pozwany, posiedzenie]

[68] ^a-De procuratore quod unus cum constituit procuratorem apte non loquitur. LXIII^{-a}

In^b omni loco iuris est: iudex iudicet cum sentenciis. Aperte vir non loquatur coram iudicio, postquam proloquutorem habuerit, nisi iudex cum requisierit.

Si^c in verbo consenciat sui advocati, bene dicere^d potest, sic aut[em] non sit, aut de[k. 35rb]super petere colloquium.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b ozdobny inicjał I wysokości 6 wierszy; ^c ozdobny inicjał S wysokości 4 wierszy; ^d pierwotnie jeden wyraz, lecz pisarz oddzielił dwa człony kreską czarną i czerwoną

[hasła: sędzia, wyrok, sąd, pełnomocnik, posiedzenie]

[69] ^a-De fideiussore pro debito. Capitulum LXIII^{-a}

Si homo fideiussor pro pecunia aut pro debito fuerit et moritur vir, sui pueri heredes non tenentur pro eo solvere. Si vir fideiussor pro pecunia fuerit, oportet fideiussorem solvere pecuniam solum, aut probare, quod pecunia sit integraliter persoluta.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: pieniądze, dług, ojciec, dziecko, dziedzic, zapłata, poręczyciel, poręczenie]

[70] ^a-De vulneribus fustis et flaveis. LXV^{-a} [^b]

Si vir cum fustibus aut baculis percussus fuerit supra dorsum aut supra ventrem, et verbera fusta aut flavea fuerint inflata, si desuper iudicem testem habere poterit et homines, qui hoc viderunt et audierunt, ipse est duellum propius super eos acquirere, quam ipsi evadere possint suo iure.

Si autem supra caput aut brachia percussus fuerit, quam ostendere aliter non possit, illi homines melius ostendere possunt, quam ipse super eos probare possit suo iure. Si autem fatentur, quivis amittit emendam et iudex acquirit suam penam. Si autem [k. 35va] <de vulneribus mortalibus ^c> verbera mortalia fuerint, respondere tene[n]tur cum duello, qui pro eo iudicialiter fuerint conflati.

Si autem mortales [s] non fuerint, respondebunt unus cum duello et alii absque duello, quia ipsi cum suo iuramento.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b rysunek dłoni; ^c na marginesie

[hasła: pobicie śmiertelne, świadek, sędzia, pojedynek sądowy, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, przysięga, nawiązka, kara sądowa, mulkta]

[71] Quod si hereditas mortaliola [s] absque mortuis heredibus inventa seu reperta, fuerit regie cedit maiestati.

^a-Hereditas obmorta vulgariter dzýedzýna odumarla albo puszcza przes dzýedzýcza. LXVI^{-a}

Si hereditas obmoriatur, ita quod nullus se trahat ad eandem infra annum et diem, hoc pertinet ad regiam maiestatem.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: kaduk, król, spadek, rok i jeden dzień]

[72] ^{a-}Cum unus aliquem evaserit pro homicidio aliis pro eodem non tenetur respondere. LXVII^{-a}

Quod si vir qui pueros habuerit, occisus fuerit, tres aut plures, et vir unus pro eo iudicialiter impulsatus fuerit et evaserit, ut ius dictaverit, et si super eandem querelam fuerit aliqua refricacio vel invocacio vulgariter wsznowyeny, et si super eam querimoniam vera satisdacio facta fuerit, non tenetur neque debet [k. 35vb] aliis pueris imposterum pro eodem homicidio infestari.

Infestari vel inculpari vga ban vel obvyny on.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: ojciec, dziecko, zabójstwo, prawo, uwolnienie od skargi, skarga, zabezpieczenie, gwar]

[73] ^{a-}De iuramentis. Capitulum LXVIII^{-a}

Si vir alteri iuraverit iurare debet secundo coram iudicio digne et sine pena, potest super eum ponere et deponere absque licencia, quod homo per hoc non amittit. Si homini iuramenta pervenerint ad dies feriatos, iudex bene potest postponere ad secundum et tertium diem iuramenta.

Si eciam homo, qui non est facundus ad loquendum, aut si testes imperiti fuerint, quod iuramentum bene loqui non potest, tunc potest bene se reiterare quantum voluerit et si nichil nocebit.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: kara, przysięga, sąd, dzień świąteczny, sędzia, świadek, jękający się]

[74] ^{a-}De equo^b subtracto et arestato. Capitulum LXIX^{c, -a}

Si aliquis arestat equum et dicit, quod sibi $\neg$ aliquando ^{d-} aliquid subtraxerit aut subtractus fuerit aut eo sit spoliatus, ad hoc se retrahere debet, ut est iuris, extunc ille se bene ad suum venditorem trahere potest et venditorem <vel sub tutorem vulgariter nazachoczca albo splaczca ^{e-}> nominare debet super quem se traxerit, et iurare tenetur tacto sacramento, quod ad verum se trahat venditorem. Quocumque [k. 36ra] sibi nominaverit, ibi eum sequi oportet, <Ultra mare [z]a mo[rz]e na [p]ulno[cz]y ^{f-}> non autem cum sequi debet ultra Mare Aquilonis. Et si sibi defectus fuerit et neminem pro se habuerit respondentem, utpote venditorem poterit habere, ut se coram iudicio iactavit,

extunc sibi fideiussorie faciat cautionem iudici pro pena et pro expensis, quas adversarius suus expendit {et} et die nominare.

Quando foro communi et libero emerit, extunc suam peccuniam, quam pro eo dedit [s], integraliter amittit, et illi suum equum reddere oportet, et nullam penam pro eo amittit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b nadpisane e; ^c poprawione z lxviii; ^d skreślone przez autora podstawy; ^e na marginesie; ^f na marginesie, obcięty brzeg karty

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczenie, pieniądze]

[75] ^a-De penis iudicis. Capitulum LXX^{-a}

Quando iudex extorquet suam penam, ulterius nec aliquam super hanc penam potest extorquere. Et si vir bona iudicialiter alloquitur, ut iuris est, vel hereditatem, pro eo non indiget iudici dare <Quid sit pena a. v. s ccc lvii C[apitulum] cxxvii ^b> quicquam, cum ipse sibi ad iusticiam iuvare teneatur. Etsi homo suam querelam tenere promiserit, etsi per bonum pacis medio tempore concordatum fuerit, pro eo non plus amittit, quam [k. 36rb] iudex acquirat suam penam.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie – odesłanie do przepisu Zwierciadła saskiego w tym samym rękopisie

[hasła: sędzia, kara sądowa, mulkta, dziedzictwo, prawo, sprawiedliwość, skarga, pokój]

[76] ^a-Nullus compellitur ad querelam. LXXI Capitulum <trucidatus vulgariter szmordowanÿ ^b>^{-a}

Si vir vulneratus aut trucidatus fuerit et conqueri noluerit, iudex ipsum compellere ad aliquam querimoniam non potest ultra suam voluntatem.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: zranienie, otrucie, skarga, sędzia, wola]

[77] ^a-De proscriptis. Proscriptus vulgariter wÿszwÿecz on. LXXII^{-a}

Et si vir proscriptus aut ad penam mortis iudicatus fuerit, sua bona nullus recipere habet, quam sui veri heredes et legitimi cognati.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: kara śmierci, konfiskata dóbr, dziedzic, spadkobierca]

[78] ^a-De puerii post mortem patris. LXXIII^{-a}

Si autem vir moritur, qui habet pueros et bona donata habuerit nulli, sibi succedunt pueri, si sibi equales natura fuerint.

<de bonis filii post mortem ^{b>} Et si ex hiis pueris unus decessisset, mater sibi in sua parte succepit. Et mater cum hiis bonis nichil facere potest absque heredum consensu ac voluntate.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: ojciec, dziecko, dobra, spadek, równy stanem, matka, wola, zgoda]

[79] ^a-Puer in duodecim annis eligit quem vult in tutorem. Capitulum LXXIII^{-a}

<+ anni pueri ^{b>} Quando puer est duodecim annorum, [^c] tunc [*k. 36va*] potest eligere pro sua voluntate quem voluerit pro tutore. Et qui suus fuerit tutor, mariti rationem facere habet et adolescenti, quid cum bonis factum fuerit. Si autem moriuntur pueri omnes post mortem patris, tunc heredant sua bona super matrem. Si moritur mater, tunc bona statim spectant ad agnatos sive cognatos mulieris, quicumque fuerint paris condicionis. Etsi mulier non potest talem hereditatem dare nec vendere, <absque consensus heredum non potest vendi hereditas ^{b>} sed cum rebus mobilibus potest facere, quid vult. Sed cum hereditate quicquam non potest facere absque consensu heredum. Eciam quando duodecim annorum et antiqu[u]s, nunc potest sua bona absque tutore vendere cui vult, excepta hereditate sive domorum [*s*], hoc debet dare cum consensu heredum, qui [*s*] ad hoc spectant, qui eciam pueris oportet ostendere coram iudicio iure.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie; ^c rysunek dłoni

[hasła: dziecko, opiekun, matka, rachunek, sprawozdanie, dobra, ojciec, wola, równy stanem, spadek, transakcja, sąd, własność, zgoda rodziny]

[80] ^a-De illiberis. Capitulum LXXV^{-a}

Si vir alloquitur aliquem, quod suus sit illiber, si potest suam libertatem aprobare <Illiber alias [o]bnoxious vulgariter nyewolnŷk alias vulgariter servus ^{b>} [*k. 36vb*] seu protestari, propius est evadere, quam cum ipse vincere possit. Libertatem suam vir probari^c potest cum tribus cognatis et tribus agnatis, sic metseptimus debet esse, sive fuit [*s*] viri sive femine. Eciam scire hoc debet quilibet legens, ubi scribitur agnatus, <Quid sit agnatus et quid cognatus ^{d>} designatur ex parte patris et ex parte gladii. Et ubi scribitur cognatus, ex parte matris |mr ^b| designatur.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie, obcięty brzeg karty; ^c omyłkowo w tekście probara; ^d na marginesie; ^d skreślone przez autora podstawy

[hasła: wolność, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, krewny po mieczu, krewny po kądzieli, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, męzczyzna, kobieta]

[81] ^a-De servo bona domini perdente vel sua propria. Capitulum LXXVI-^a

Si servus domini sui bona perluserit taxillis, aut obligat aut vendit, dominus bene potest de iure denuo arestare, quod se ad ea bona trahat, ut iuris est. Si autem propria sua bona deluserit, aut quocumque modo a se alienaverit sua voluntate, dominus super ea iure alloqui potest, quia solvere servo non tenetur, et sic domino pro bonis servi non est licitum respondere. Si etiam aliquis conqueritur super aliquem pro debito aut pecunia lu[k. 37ra]do aut taxillis acquisita, pro eo non debet |vendere ^b| respondere. < -um - nius -dit -ser -icio ^c> Si autem servo equus, vel alia sua bona furtive, aut spoliando recepta fuerint absque servi culpa in domini servicio, hoc oportet dominum solvere servo, et pro eo oportet dominum respondere, si super eo queruletur. < -debi - per - utum qui -ro ^c> Si conqueritur homo super alium pro peccuniis taxillis acquisita coram iudicio, ille non debet respondere sibi. Si conqueritur hospes super hospitem pro expensis suis comestibilibus, tunc hospes suas melius potest obtinere sub iuramento tacto sacramento, quam ille possit evadere.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy; ^c na marginesie, ucięty brzeg karty utrudnia odczyt

[hasła: sługa, pan, gra, przegrana, zapłata, skarga, dług, pieniądze, odpowiedzialność, koń, kradzież, transakcja]

[82] ^a-De bonis ad servandum traditis aut obligatis. Capitulum LXXVII-^a

Quicumque alteri bona sua ad servandum dederit, aut in deposito posuerit, si sibi subtracta fuerint, aut spoliatus eis fuerit, aut combusta, vel si mortuum fuerit, si equus aut peccora fuerint, non debet damnum aliquod pro eis sustinere, si presumit intrare [s], absque quam sua [k. 37rb] culpa amissum fuerit. Sed quicquam viro confessum [s] aut obligatum fuerit, hoc in destructum reddere tenetur, aut solvere secundum suum valorem. Si autem moritur equus aut pecus infra obligationem absque illius culpa, cui obligatum fuerit et si hoc probaverit, et si iuramentum super hoc prestare presumsit, quod sine sua culpa decesserit, non solvit, sibi suam recompensam amittit, in qua fuerat obligatus.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: dobra, depozyt, kradzież, pożar, koń, bydło, szkoda, przysięga, wina, zobowiązanie, przysięga, zapłata, wynagrodzenie]

[83] ^a-De debitis expensarum et ludorum. Capitulum LXXVIII-^a

Si aliquis conqueritur super aliquem pro peccunia detasserata, pro eo sibi respondere non debet. Si etiam aliquis conqueritur super alium pro cibariis preparatis et coctis, hic propius est obtinere iuramento, quam ille ipsum evadere possit suo iuramento.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: gra, dług, przysięga, bliższość do dowodu]

[84] ^a-Qui se trahit a proscrizione. Capitulum LXXIX-^a

Qui se eximit a descriptione et si solutus, diiudicatus fuerit, iudex tamen in eo suam obtinet penam. Et si sibi iudex fateri voluerit [s], ipse eum bene depo[k. 37va]nere per unum, qui eodem interfuerit iudicio, quia nec captivus iudicio comparuit, nec proclamatus. Si autem iudex ipsum inposterum obiudicare voluerit, ipsum in nullo obiudicare potest, quam ad suam penam, si super eo testes habuerit, quod se absque pro descriptione obiuravit.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: kara, sąd, uwolnienie, sędzia, świadek, przysięga]

[85] ^a-De sercivio deservito. LXXXX-^a

Si servus deservitum suum precium super suum dominum obtinebit coram iudicio, pro eo dominus nullam iudici demeretur penam et dominus servo hoc tenetur eodem die solvere.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: sługa, mulkta, sędzia, zapłata]

[86] ^a-De debitis negatis et confessis. Capitulum LXXXI-^a

<Regula iuris. Pluralis locucio duorum numero est contenta ^b> Si vir conqueritur super alterum pro suo debito cum testibus, hoc bene potest obtinere cum viris fidedignis, qui in suo iure non possunt reprobari. Ita tamen, si ille dicit se innocentem esse. Si autem respondens dixerit se debitum persolvisse, extunc impedit suum testimonium. Hoc bene potest probare cum bonis viris mettertius^c tacto sacramento.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie; ^c w rkp. met III

[hasła: skarga, dług, świadek, niewinność, zapłata, przysięga, samosiódm, współprzysiężnik]

[87] [k. 37vb] ^a-De satisdacione. Capitulum LXXXXII-^a

Si super virum conquestus fuerit et ipse satisdacionem pecierit, alter sibi eam negare non potest, quando sibi eam faciat, si ipsum per sentenciam ad hoc compulerit. Si autem satisdacionem fecerit sibi, ad suum ius non nocet, nec ipse plus luc[ra]tur satisdacionem, qui eam petit, nisi quod ipsum nullus amicorum suorum impedire a modo potest pro hac causa. Satisdacione facta suam querimoniam meliorare potest.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: skarga, gwar, zabezpieczenie, wyrok, prawo, krewny]

[88] ^a-Quod querela in facto manifesto sit cum clamore. LXXXIII^a

^b-Omnis querela, que pro capitali crimine ad ^b iudicium in facto manifesto deducta fuerit, debet conquiri [s] cum clamore propter factum manifestum, quod ostendi. <Quid sit manifestum factum ^c> Manifestum factum est ubi, vir cum furto aut preda captus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. <Regula iuris. Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem. Factum legitimum retractari non debet, licet causus postea eveniat a quo non poterit [inchoari] ^c> Item factum manifestum eciam est, ubi apud virum [k. 38ra] gladius aut cutellus aut alia sicca aut in manu deprehensa fuerit, cum quo pacem infregit, aut si in recenti facto vel in fuga factus fuerit et captivus ad iudicium ductus fuerit cum clamore. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis, si factum manifestum cum reo ad iudicium deductum fuerit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^{b-b} podkreślone przez komentatora; ^c na marginesie;

[hasła: skarga, kara śmierci, sąd, gorący uczynek, kradzież, miecz, nóż, sztylet, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, prawo, pokój, pozwany]

[89] ^a-De iudicio burgrabii pro debitis. Ca[pitulum] LXXXIII^a

In ^b iudicio burgrabii Meydburgensi potest bene vir pro debito querulari super actorem, aut oportet ab uno iudicio burgrabii ad iudicium aliud suam querelam sequi, ita quod semper suo adversario denunciaret. Si autem super virum querimonia cum testimonio facta fuerit in eodem iudicio pro debito, et si dicit, quod solverit, hoc probet per homines fidedignos mettercius^c, quam ille ipsum vincere possit, quod facere potest incontinenti, si vult, aut per sex ebdomadas in iudicio sculteti. Si autem vir unica manu iuramentum protestare debet, [k. 38rb] hoc in eodem iudicio facere oportet.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b ozdobny inicjał czerwonym inkaustem wysokości 6 wersów; ^c w rkp. met iii

[90] ^a-Quod iudex omni die iudicat. LXXXIII^a

Iudex ^b debet iudicium exercere suum iudicium, et eo tempore cottidie in vero loco iudicii, nisi sit, quod vir absque testibus conquiri voluerit, quod statim iudicare potest absque mora. Recompensam et emendam et penam iudicii solvere debet ad diem, ut fuerit diffinitum, ut tunc pagamentum consuetum fuerit, recompensam et emendam actori, penam et iudici.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b ozdobny inicjał czerwonym inkaustem wysokości 6 wersów

[hasła: sędzia, sąd, świadek, skarga, zwłoka, zapłata, kara sądowa, mulkta, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie, zwyczaj, powód]

[91] ^a-De bonis publicatis et fiscatis. LXXXIII^a

<fiscata, ob[li]gata vel in --diata vulgariter zasthawa ^b> Si viro sua bona publicata seu fiscata fuerint iure, in iure, in eo ille possideat, qui hoc in fiscacionem deduxit cum fiscacione tribus diebus et tribus noctibus. Insuper eo debet comedere et bibere fiscacione et dormire. Deinde debet coram iudicio pronunciare tribus vicibus semper ad duas ebdomadas, ad quartum iudicium sibi pacem firmare debet desuper, et sibi debet aproperare [s], et sentenciis scabino[rum] vendere. Extunc vendere [k. 38va] potest cum scitu. Si tunc ultra aliquid suum debitum superfuerit^c, cum scitu illi reddere debet, cuius fuit hereditas. Sed si deficit, agat ulterius.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie, ucięta karta utrudnia pełen odczyt; ^c pierwsze r nadpisane

[hasła: konfiskata, dobra, posiadanie, sąd, krewny, termin, sędzia, pokój, wyrok, ławnik, sprzedaż, dług, dziedzictwo, własność]

[92] ^a-De arrestacione rerum mobilium. Capitulum LXXXV. Alloquitur vel arrestaverit vulgariter na rzetelny zasthaw^a

Si vir alloquitur aliqua bona aut pannos vel quicquam suarum rerum fuerit, quod sibi subtractum fuerit aut raptum, ad hoc se unica manu trahere debet et iurare tacto sacramento, quod tunc suum fuerit et nunc suum sit, cum sibi subtractum seu raptum fuit. Si autem equus fuerit, quem vir alloquitur, quod sibi subtractus aut eo spoliatus fuerit, ad hoc se trahere debet, cum suo dextro pede calcare debet equo super suum pedem anteriorem, et sinistra manu capere equum per dextram aurem, et petere debet reliquias et prolocutorem. Et iurabit equo tacto sacramento super caput, quod tunc suus fuit et nunc suus sit, et sibi subtractus aut eodem die predatus fuerat. [k. 38vb] Extunc ille se trahat ad suum venditorem, ut ipsum iurare oportet super sanctos, quod retrahat se cum equo ad verum venditorem, ibi eum sequi oportet, nisi trans Mare Aquilonis. Si autem dicit, quod equum emerit in foro libero et venditorem non possit habere, tunc |qi ^b| equum amittit et argentum pro eo datum, et non comittit aliquam penam.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślenie ręką pisarza podstawy

[hasła: skarga, przysięga, konfiskata, koń, kradzież, sprzedawca, srebro, kara]

[93] ^a-De debitis post mortuam manum. LXXXVI^a

Si vir conqueritur super virum pro debito aut [s] manu mortua, et ipsum infestare voluerit secundum edictum iuris, hoc facere potest unica manu tacto sacramento, si ille consenserit. Si autem dixerit hic, super quem querimonia prolata fuerit, quod debito nesciat vel in eo non sit obligatus, aut quod persolverit, hoc oportet iuramento metseptimus^b probare tacto sacramento.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. met vii

[hasła: skarga, dług, prawo, przysięga, zapłata, zobowiązanie, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[94] ^a-De viris se mutuo vulnerantibus. Capitulum LXXXVII^{-a}

Si vir cum scitu contra alium ad iustitiam se exhibuerit, et alter noluerit [k. 39ra] seu spreverit, et vulneret illum non querulando absque iure, et ille, qui vulneratus sit, veniet et ad defensionem et vulneret illum mutuo, et hic, primo qui vulneravit suum adversarium, primo ad iudicium veniat et conqueratur et alter, in quo pax sit violenta, eciam postea veniet circa diei lucem et dicat, quod initium illius fuerit et non suum. Si hoc, ut iuris fuerit, metseptimus^b protestabitur cum probis hominibus, qui viderunt et audiverunt, qui presentes fuerunt, aquiritur primam querelam. <Pater eximit filium ^c> Unus vir potest filium suum extunc unica manu [eximere], qui est in pane suo non uxoratus, tacto sacramento, quod filius suus reus non sit, post mortem tuam manum. Hoc potest facere in eodem iudicio aut per sex ebdomadas querimonia facta aliter norum. Si autem noxa una tam super patrem, quam super filium fuerit querulata simul, extunc patrem se ipsum oportebit primo eximere de tali facto.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. met vii; ^c na marginesie

[hasła: sprawiedliwość, zranienie wzajemne, skarga, obrona, sąd, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, ojciec, syn, zastępstwo, pozwany, uwolnienie od skargi]

[95] ^a-De femina in facto [k. 39rb] manifesto deprehensa, ubi iurat metseptima^b et semper sola. Capitulum LXXXVIII^{-a}

Si femina deprehensa fuerit in facto manifesto in homicidio aut vulneribus duello dignis, ac ipsorum proxima est vincere metseptimus^a cum hominibus fidedignis, quam innocens fieri possit. Extunc ipsam iudicium [pati] oportet. Si autem vir querulatur super feminam pro homicidio aut vulneribus, quod in eadem die factum fuerit aut visum, et si femina fideiussoriam caucionem fecerit super ius, de quo femina propius est evadere cum hominibus fidedignis metseptima^a, quam ultra aliquam vim in eam agere possit. Si autem femina inculpatur pro querimoniis pernoctatis, eo propius est evadere femina unica manu tacto sacramento, quam aliquis possit eam vincere, aut aliquid ipsorum pati contrarium^c.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. met vii; ^c w rkp. contrariarum

[hasła: kobieta, zabójstwo, zranienie, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, niewinność, skarga, uwolnienie od skargi, zwłoka]

[96] ^a-De viro duplices pueros habente. Capitulum LXXXIX^{-a}

Si vir duplices pueros habuerit et primos ante ea here[k. 39va]ditavit <hereditavit vel dimisit vulgariter oddzýelýl od szyebye ^b> exponendo, et si postea secundis pueris aliquid dederit in suis bonis, et moriatur idem vir, hoc secundi pueri ante tollunt. Extunc quicquid superfluum fuerit aut manserit, hoc equaliter dividunt, cum omnes sibi fuerint in natura equales.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: dzieci, wydzielenie, darowizna, dobra, równy stanem, podział]

[97] ^a-Quando aliquis scabinum in sede increpaverit. Capitulum XC |II ^b-| ^{-a}

Si vir scabinum in scamno indecenter in iudicio bannito increpaverit, si hoc probaverit per suos consodales, qui audiverunt, illum oportet dare emendam scabinis xxx solidos. Ignorant quousque ad iudicium tertium, tunc sententiam debent invenire, longius non tardare.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez komentatora

[hasła: ławnik, sąd wyłożony, zniewaga, sędzia, kara sądowa, mulkta, nawiązka]

[98] ^a-De obligato ad temporalem dum super bona. Capitulum XCI |III ^b-| ^{-a}

Si super virum querimonia facta pro homicidio fuerit aut vulneribus, et ipse se accomodaverit circa suam hereditatem ad comparendum iudicii, et si profugus factus fuerit, quod non compareret, tunc debet vocari cum clamore, ut iuris est. Et si non comparet iudi[k. 39vb]cio eodem, tunc debet describi et recompensa super suam hereditatem iudicatur, et iudici sua pena. Et eciam nullus alcius cogi potest caucionem facere fideiussoriam, qua[m] se sua extendit recompensa, nisi sit pro debito, quod maius est. ^a-Nullus alcius fide iubetur, quam sua se extendit recompensa^{-a}.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez komentatora

[hasła: skarga, zabójstwo, zranienie, ucieczka, prawo, sąd, zapłata, wynagrodzenie, dziedzictwo, spadek, kara sądowa, mulkta, poręczenie, zabezpieczenie, dług]

[99] ^a-De probo homine et contencione accusato. Capitulum XCII |II ^b-| ^{-a}

Si casu contencio fuerit vel oritur clara^c die luce, si probus vir in eo accusatur [s], qui ibi visus non fuerit, de quo propius est evadere metseptimus^d cum hominibus fidedignis, qui presentes fuerunt, quam in eo duellum possit acquirere.

Si autem super virum ydoneum circa noctis tempestatem quod homicidio aut vulneribus duello dignis allocutum^e fuerit, quod noctis tempore factum sit, de quo propius est evadere metseptimus cum hominibus probitate probatis, [k. 40ra] circa quos tunc fuit, cum hoc factum perpetratum est, cum sit de facto innocens.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez komentatora; ^c w rkp. clam; ^d w rkp. met vii; ^e przerobione z allocutus

[hasła: skarga, bliższość do dowodu, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pojedynek sądowy, zabójstwo, zranienie, przestępstwo nocne, uwolnienie od skargi, niewinność]

[100] ^a-De procuratoribus. Capitulum XCIII^{-a}

Quem vir pro advocato rogaverit, hunc suam causam tenere oportet iure, nisi se excusaverit cum pena.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: pełnomocnik, prawo, kara]

[101 § 1] ^a-Oves ad suppellectilia pertinet et alia in littera. XCIII^{-a}

Et quando vir moritur, tunc uxori oves presentari debent suppellectilia, ubicumque ierint. Anete, culcidre, vela, tette, olle, picte eciam ad suppellectilia pertinent.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: gerada, mąż, wdowa]

[101 § 2] ^a-Quod nemo potest probare suum incolatus.^{-a}

Nemo potest nec pro homicidio, nec pro vulneribus, nec pro aliquo debito suum probare incolatum.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: zabójstwo, zranienie, poddany]

[102] ^a-Qui promittit iuramentum ab eo non solvitur nisi ex voluntate iudicis. Capitulum XCV | II ^b | ^{-a}

Qui eciam vir iuramentum promiserit coram iudicio pro enormibus verbis aut debilacione, aut verberibus, aut effusione sanguinis, de quo solutus dimitti non potest, nisi voluntas iudicis fuerit et consensus. Et si voluerit actor propter Deum [k. 40rb] et petitionem bonorum hominum dimittat, iudex vero eciam suum consensum adhibere debet, ut sibi decet, et si postea iudex voluerit consentire, tunc actor oportet iuramentum recipere aut illum ad penam iudici remittere.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy

[103] ^a-De pupillis tutore carentibus. XCVI |II ^b|-^a

Quando pupilli suum verum tutorem habere non poterint eosusque nullus ipsos ad aliquam iudicalem responsivam deducere potest, nisi prius ad annos discrecionis seu pubertatis pervenerint.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy

[104] ^a-De abedificacione. Capitulum XCVII^a

Et si vir super alterum conqueritur, quod sibi abedificaverit [s] aliquid de suis bonis aut de hereditate, hoc ille possibilis obtinet, qui habet in possessione unica manu, nisi ipsum cum testimonio allocutus fuerit. Extunc possessor cum testibus servat, si voluerit.

^{a-a} czerwonym inkaustem

[hasła: pupil, opiekun, lata sprawne, skarga, dobra, dziedzictwo, spadek, posiadanie, świadek]

[105] ^a-Quod nemo trahat alium ad iudicium alienum. Capitulum XCVIII^a

|Nullus ^b|- Quousque cives Meydburgenses veram actionem seu re/k. 40va/sponsivam tenerint et si coram domino pontifice ac burgrabiis et sculteto ad iusticiam se [s] exhibueri[n]t circa ius civitatis, tunc nemo eos extra civitatem in alio iure occupare, seu contra eos agere in iudicio potest alieno.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w ramce, zapewne w sensie skreślenia

[hasła: mieszczanin, Magdeburg, burgrabia, właściwość sądowa, prawo miejskie]

[106] Nullus alium impediat coram iudicio. Capitulum XCIX

Nullus alterum impediat aut impedire debet coram iudicio, postquam iudicium bannitum fuerit cum iniuria, [ta]libus impedimentis, que ipse [s] possunt in sua querela, sicut clamore aut turpiloquiis, aut ceteris insolenciis. Si hoc contra iusticiam fecerit, et si ipsum paciens protestaverit cum iudice et scabinis, extunc acquirit^b emendam et iudex acquirit^c suam penam. Si contingerit coram iudicio castellani, tunc tria talenta demeretur, et in iudicio sculteti octo solidos. Et ubi homo suam emendam acquirit, ibi obtinet iudex suam penam.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w rkp. aquerit; ^c w rkp. acquerit

[hasła: sąd wyłożony, skarga, przeszkoda, sprawiedliwość, sędzia, ławnik, nawiązka, kara sądowa, mulkta, kasztelan]

[107] ^a-De iudicio aliquem in querela impedire. Capitulum C^{b, -a}

Nunc attendatis super eo, si scultetus aliquem impediatur seu^c impedierit in sua querela et sibi iusticiam non fecerit, et hoc sibi iniuste recusatur. Si pro eo coram [k. 40vb] castellano aut avvocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc ipsum cum testibus evadere oportet. Cum quolibet testimonio super iudicem quam tali |o^d| iudicio ipsum evadere, sive sint scabini aut alii astantes iudicio. Si autem coram iudicio bannito hoc fuerit actum, tunc melius vinci potest cum testibus iure, quam ipse testibus possit evadere. Si autem vir voluerit cedere a testimonio et ipsum inculpate pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia super ipsum facta fuerit coram avvocato pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod sibi sit iudicium bannitum, quia oportet ibi ipsum esse presentem, nisi legale impedimentum, statim probare oportet. Si hoc ostenderit et non nominaverit, et hoc per iniusticiam facere denegaverit se excusat sua iniuria, quam excusaverit, et se ad iusticiam exhibere [debet], extunc comendetur avvocato se castellano in decem talentis idem scultetus et ille suum debitum, de quo facere iu[k. 41ra]sticiam denegavit. Quod impedimentum statim iusticiam vacat, et medio quo illa |vacat^d| non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, tunc nullus iudex esse potest, nisi se ex culpa exemerit, secundum ut est premissum. Si autem pro facto criminali, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro vulneribus aut homicidio, aut furto, aut spolio, aut ecclesie violencia, aut incendium [s], aut hiis similia [s], que crimina capitalia tangunt, eciam idem iudicium super eum, quod super illum ire debuit, pro eo nec recompensa[m], nec aliquid facere potest, si in hiis causis vincitur, ut est iuris. Si autem unus vir pro delicto in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, ipso amiserit aut si evaserit absque sua culpa aut negligencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvat integram recompensam. Si autem pro manu, tunc mediam solvat recompensam et homicidium hoc ipsum iuramento probare tacto sacramento oportet, si sibi [k. 41rb] parcere voluerit, quod ipsum absque omni culpa sua evaserit seu amiserit. Integra recompensa facit xviii talenta, media autem recompensa facit novem talenta. Ubi eciam vir promiserit iuramentum coram iudicio pro enormibus verbis aut depilacione, aut verberibus, aut effusione sanguinis, de quo solitus dimitti non potest, nisi voluntas fuerit iudicis et consensus etc.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b C nadpisane na CIII; ^c przerobione z sue; ^d skreślone przez autora podstawy

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]

[108] ^a-De avvocato iniuste indicante et quis ipsum iudicat. Capitulum |cxiii^b| CI^{-a}

Nu[n]c de avvocato attendatur, si non iuste iudicaverit, cum sibi querulatur, et hoc propter amorem aut propter iniuriam, aut ob aliquam causam dimittit, vel si sibi noxam fecerit iniustam, quod de iure facere non debuit, postquam ad iudicem electus sit ius confortare et iniusticiam suffocare. Si querela super eum in suo iudicio facta fuerit, tunc scultetus iudex debet esse super advocatum et per hoc cogitur cum sentenciis, quod ante ipsum

oportet respondere per sententiam, ut in posterum [k. 41va] patebit. Petat advocatum cum sentenciis surgere et per sentencias, quod super ipsum habeat querulari et per sententiam petat, ut alium iudicem ponat loco sui, quod ipsum facere oportet. Et tunc locet scultetum, qui sibi iudicare debet simili modo, ut advocatus super scultetum debuit iudicare. Eodem modo scultetus iudicat advocatum. Idcirco advocatus iudicium bannitum habere non potest absque sculteto, quia coram eo iure se debet exhibere, si super ipsum aliquis voluerit querulari. Si hoc contra iusticiam anno et die recusaverit, tunc domino terre iudicium vacat, quod ab eo habuit, et regi bannum, si perfectus fuerit cum veris sententiis.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]

[109] ^a-De indiciis burgrabii. Capitulum |cxiiii ^b-| CII-^a

Obsidia et quod femine stuprantur, et irruenciam domicilia burgrabius iudicat ut nullus alter nec scultetus. Si irruencia domicilii probabiliter ostendi potest cum vulneribus et eciam cum vulneratis edificiis, si super hoc iudicem et homines, qui clamorem audierunt, [k. 41vb] habere poterit in testimonium metseptimus, oportet desuper respondere cum duello, quam cum iuramento evadere possit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: zasadzka, gwałt, napad na dom, burgrabia, rana, sędzia, odpowiedzialność, pojedynek sądowy, przysięga]

[110] ^a-De irruencia domicilii. Capitulum |CXV ^b-| CIII-^a

Si aliquis alteri irruenciam domicilii nocte aut die fecerit, et si ille eum detinuerit in facto manifesto, et ipsum captivum ad iudicium cum clamore deduxerit, si super eo homines, qui suum clamorem audierunt, debet metseptimus^c suorum vicinorum, factum ostendere possit, ut iuris est, manifestum sit illi ad collum transit. Si autem manifestum ostendi non potest, ille propius est evadere metseptimus^a, quam per eum vinci possit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy; ^c w rkp. met vii

[hasła: napad na dom, przestępstwo nocne, przestępstwo za dnia, skarga, sąd, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, krewny, kara śmierci, prawo, gorący uczynek]

[111] ^a-De concordia in causa inchoata. Capitulum C |xvi ^b-| IIII-^a

Et si vir querelam suam tenere promiserit, et si tempore medio concordia facta fuerit, extunc pro eo non prius amittit, nisi iudici dat suam penam.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: skarga, ugoda, kara sądowa, mulkta, sędzia]

[112] ^a-De debito post patrem obligato. Capitulum CV^b |vii^c| ^{-a}

[k. 42ra] Si vir querulatur super alterum pro debito, quod si sibi pro patre suo teneatur, ipse debet super eo testari, ut iuris est. Si autem iurare voluerit, quod pater suus debitum persolverit, hoc ipsum facere oportet metseptimus^d post manum mortuam. Si autem dixerit, quod ipsum solus persolverit, tunc iurabit^e mettercius.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b v napisane na x; ^c skreślone przez autora podstawy; ^d met vii; ^e a nadpisane

[hasła: skarga, dług, ojciec, prawo, zapłata, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, samotrzeć]

[113] ^a-De animali noxam faciente. Capitulum |cxviii^b| CVI^{-a}

Si quis equum habuerit vel canem vel aliud pecus quodcumque, quod loquela careat, et noxam sive damnum fecerit, si autem suum non esse dixerit damno perpetratoque sibi in suo iure non nocebit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: koń, bydło, szkoda, prawo]

[114 § 1] ^a-Cum aliquis suos cives spoliat. Capitulum |cxviii^b| CVII^{-a}

Si aliquis suos cives spoliaverit, qui proprium aut feodum aut hereditatem inter municipalia habeat et si hoc prehabita querela faciat ante dominum terre vel ad suum iudicem, illi sua edificia debent abiudicari supra curiam suam et seccari, [k. 42rb] et alia edificia erunt comunia et omnibus publicentur hominibus. Si autem iudicialiter edificium fiscatum fuerit, ita quod ibi puella aut femina stuprata fuerit <^{intra} ^c> illud edificium, debet resecari et de iure miles [s] duci.

[114 § 2] De debito per patrem obligato in hereditate.

Si autem milles querulatur pro debito patris sui super heredem, ille debet persolvere, ita ut hereditas valeat. Si autem non vult persolvere debitum et quod sibi heredes consentire nolunt, tunc potest sibi hereditas appropriari et cum iudicio protestari querelam, eciam extorquere pro debito, aliter non potest agravare hereditatem.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy; ^c na marginesie ze znakiem wstawienia, niewykluczone ręką odmienną od autora podstawy

[hasła: własność, lenno, dziedzictwo, mieszczanin, sędzia, budynek, konfiskata, kobieta, dziewczyna, gwałt]

[115] ^a-De iuramento Iudeorum et rota ipsorum. Capitulum CVIII^{-a}

Hoc est illud iudicium et illud iuramentum, cum quo aut per quod Iudeus iurare sive evadere debet Cristianum, quod scriptum est iure imperatoris. Ipse debet verti contra solem seorsum, indipes^b [s] stare debet super sedem unam, [k. 42va] indutus clamide esse debet et pileum inductum habere super caput. Si lapsus fuerit, totidem fertones ammittit. Et si quarto manet in causa reus erit, tunc dicat ille qui sibi predicit iuramentum: „Ego te moneo, ·I·, Iudee, per has tres litteras, quas scripsit Dominus digitto suo et per hanc legem, quam dedit Moysi in tabula lapidea, quam scripsit Dominus digitto suo in monte Sinaï, quod liber iste aut hoc rotale verum ac iustum sit, super quem tu, Iudee, iurare debes huic viro Cristiano, ·P·, pro tali culpa sive tam pro qua te huc ad iudicum deduxit.” Et extunc iurare debet et sic sibi predicetur^c:

„Quod tunc in hac causa non sis reus, in qua te hic idem Cristianus inculpat, quod te Deus adiuvet. Idem Deus, qui celum et terram creavit, aerem et rorem, montes cum vallibus, frondes^d, flores et gramina perfecit. Et si sis reus, quod te terra absorbeat, que Dathan et Abiron absorbuit, que et si reus fueris, quod te venenum ac gutha et lepra invadat, que precibus [k. 42vb] Helisen Naaman Syrum divisit [s] et Yesÿ invasit. Et si reus fueris, quod tu pereas in tua anima et in tuo corpore et in tuis rebus. Et si reus es, quod ad sinum Habrae unquam pervenias et ut tibi actiderit, ut uxori Loth actidit, que transmutata fuit in efigiem salis, dum Sodoma periit et Gomora. Et si reus fueris, quod te ignis comburat celestis et caducus invadat morbus et sanguinis fluxus invadat. Et si reus es, quod ad resurrectionem unquam pervenias, ubi Cristiani et Iudei et gentiles Creatorem^e omnium rerum resurgent. Et si reus fueris, quod te lex deleat, quam Dominus dedit Moysi in monte Synai, quam Deus scripsit suo digitto supra lapideam tabulam, et te confundat omnis scriptura, que scripta est in quinque libris Moysi. Et si tuum non est iustum iuramentum nec mundum, quod te deleat Adonaï et sua deita[ti]s potencia.”

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b w inncyh rękopisach Weichbildu nudipes; ^c w rkp. predicitur; ^d w rkp. frondis; ^e w rkp. creatu[r]e[m]

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, prawo cesarskie, powód, Sodoma, Gomora, Lot, Mojżesz, Synaj, Datan, Abiram, Elizeusz, Naaman, Jozue]

[116] ^a-De iure municipali unde originem sumpsit. Capitulum CIX^b <O mieyskiem prawie c>-^a

<Ius Municipale mieyskie prawo etc. d> Nunc placeat audire et intelligere, quod presens scriptum informat ex relatione veridica. Primo de Imperio et quo terre Saxonie ius suum ab inicio statutum fuerit et confirmatum cum arbitrio in suo iure, sicut ab antiquo tempore Babilonia tenebat. Ibi stetit Imperium et |m^e| regnabat potencialiter et per omnia regna, quia Nemroth gentilis rex primo Babiloniam edificavit et |su^e| circumcinxit civitatem nimia amplitudine, unde usque in presens ius municipale ^anuncupatur. Et ibi erat manens idem rex^a Nemroth ac |dusces^a| duces multi et ceteri^f viri famosi, qui

nunc mercatores vocantur, et omnes uno utebantur, quod municipale ius appellabatur, ut bene in libro presenti patebit. Unde nomen suruebatur absque qualibet transmutacione.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b poprawione czarnym inkaustem; ^c ręką komentatora na prawym marginesie; ^d ręką komentatora na dolnym marginesie; ^e skreślone ręką autora podstawy; ^f w rkp. ceteri

[hasła: cesarz, cesarstwo, Saksonia, Babilon, Nemrot, prawo miejskie, kupiec]

[117] ^a-De Imperio Grecorum. ^{-a}

Nunc dicetur quamdiu Imperium stetit. Potencialiter absque permutacione usque Greciam a tempore Gradani [s] Secundi et [k. 43rb] ultimi, quod rex Allexander Maximus et sediciosus devicit bellis. Tunc transmutatum fuit imperium a Babilonia et stetit in Constantinopolim [s] usque ad illud tempus, quod [s] se Roma de Imperio intromisit, et potencialiter^b obtinuit usque ad presens tempus ex parte beati Petri, qui caput est Cristianitatis. Cum Imperium Romanum fuisset versum, ibi stetit, ut patet in premissis. <Anno Iudaeo 4748, que fuit causa, quod leges sunt condite ante Cristi nativitatem {Cristi} LXI ^c> Tunc Romani absque iure fuerunt, idcirco quivis pro sua faciebatur in terris voluntate, aut quid facere poterat aut proficere, et hoc absque querela permansit et eciam per iudicium inultum, quia nullum fuit ius, ubi quis iudicium consequi possit, et hoc usque ad illud tempus perseveraverit, quo se racio^d [s] de imperio intromisit. Et ipsi ibi venerunt et iusticiam assecuti fuerunt, et ibi exhibuerunt manus, unde manupacem optinuimus usque ad tempus. Tunc rationi^e [s] convenerunt et decreverunt deliberando, quomodo sibi regna subiugare possent. Eciam cum hoc fecissent, tunc arbitrati sunt, quomodo castra confortarent, ut ipsis esset [k. 43va] iuvamen. Et illos acceperunt, qui nomen militare habuerunt, et illos super castra locaverunt cum tali iure, et hucusque [ius] castrense tenent in castrensi feodo. Extunc deliberavit, qualia statuta iuris terris constituere velint, et terris tale ius constituerunt, quale adhuc terra Saxonie protestatur, per imperatorem Carolum.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b wyraz poprawiany, powtórzony na prawym marginesie; ^c na prawym marginesie; ^d w innych tekstach Weichbildu Roma; ^e w innych tekstach Weichbildu Romani

[118 § 1] ^a-Quare et unde hoc sit quod imperator vocatur advocatus Romanus. Capitulum CIX-^a [^b]

Nunc audire et intelligere potestis pro principibus ac et hiis omnibus, qui nomen militare digne sorciuntur, quomodo ipsi cum Romanis sunt arbitrati, quod scire vellent, quo iure Imperium debet permanere. Et statuerunt regi ius cum consilio, quod ipse sedem regiam Romanam regere debeat ex parte beati Petri cum gladio, unde adhuc advocatus Romanus appellatur. <In quibus casibus imperator vitam demeretur ^c> Idcirco si vitam demeretur, non potest nec in suo honore debilitari, nisi tribus de causis, que patebunt in sequentibus. Quorum primum est, si sedem Ro[k. 43vb]manam destruere vellet. Secundum est, si aliquis contra fidem catholicam hesitaverit. Tercium est, legitima[m] sine reali^d causa dimitteret

uxorem. Quorum unum horum trium, de uno, quod absit, convictus si fuerit, tunc debet iudicari.

[118 § 2] ^a-Qualiter et cumque sibi caput amputatur. ^a<de gladio temporalis ^e>

Caput sibi deberet amputari cum aureo dolabro, propterea quia ipse est rector gladii temporalis, cum quo habet iudicare omnes hos, qui noxam fecerunt, aut qui caput demerentur. <Quid imperator commisit iudicibus ^e> Et insuper omnibus comisit, qui iudicis nomen habere censentur, cum eo protegere viduas et pupillos, et omnes iniurias humiliare et iusticias confortare.

Insuper iudicibus commisit omnibus iudicibus temporalibus, sive scalaribus, cum eo iudicare super omnes hos, qui in maleficiis deprehensi fuerint in facto manifesto et ad iudicium deducti et devicti fuerint, ut ius dictaverit. Ibi omnes iudices iudicare debent [k. 44ra] soli et preco ipsorum loco. Eodem modo sacerdotes spiritualem gladium habent ab apostolico eodem modo, eciam iudices habent gladium a rege.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b rysunek o motywie roślinnym czerwonym inkaustem; ^c na lewym marginesie; ^d w rkp. realis; ^e na prawym marginesie

[119] ^a-Quis iudicat imperatorem Capitulum CX^{b, -a}

Nunc attendatis, quis imperatorem iudicare debeat, si eciam ex hiis tribus premissis in aliquo convictus fuerit. Hoc facere debet Sacri Imperii Renensis palatinus, qui imperatori ac Imperio ex arbitrio positus fuerat. Similis est palatinus, imperatorem debet iudicare, eodem modo iudicet burgrabius marchionem pro suo excessu, et scultetus burgrabium.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b przerobione z CXXIII

[hasła: Grecja, Dariusz II, Konstantynopol, Aleksander Wielki, cesarstwo, św. Piotr, Cesarstwo Rzymskie, chrześcijaństwo, Chrześcijanin, sąd, Rzym, rzymianin, zamek, zgoda, rada, prawo, Saksonia, Konstantyn Wielki, Karol Wielki, książę, baron, miecz, katolik, wdowa, sprawiedliwość, gorący uczynek, palatyn reński, marchia, burgrabia, sołtys, cesarz, lenno]

[120] De iure mercatorum, quod eis dedit imperator, quod dicitur municipale. Capitulum |cxxiii ^a-| CXI

Extunc mercatores dicebant ad imperatorem, quod libere scire vellent, in quo iure permanere possent. Tunc indicavit eos imperator cum consilio Romanorum ad aquas navipetentes [s], quod sibi edificarent civitates firmas cum muribus et terris. [k. 44rb] Tunc plus dicebant imperatori, quod libenter scire vellent, quo iure stare debent. Extunc imperator dedit ipsis tale ius, quale quotidie in sua curia habere solebat. Et confirmavit eis cum consilio Romanorum et cum veridicis signis. Et suam manum exhibuit, quam apprehendit quidam mercator, et dextram cirotecam de manu sibi deposuit, super quo pax beati Petri ipsis confirmata fuit. Quod usque huc manet in exemplum, ubi [no]ve civitates edificantur aut forma, quod ibi ponitur crux super forum. In eo probatur et apparet, quod

de voluntate regis factum sit, cum municipale ius ab antiquo hucusque remansit et confirmatum ab Imperio, et nomen obtinuit usque ad presentem diem.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: kupiec, cesarz, rzymianin, św. Piotr, miasto, rynek, krzyż, wola, król]

[121] ^a-De civitate Meydborg. |—cxxiiii ^b—| CXII-^a

Nunc attendatis de civitate Meydburgensi. Cum primo Meydburg locatum seu fundatum fuit imperatoris Othonis Magni consilio, et cum terre arbitrio, et stabili/k. 44va]tum fuit in suo iure municipali secundum consuetudinem antiquorum, et |—t ^b—| Halis civitas <de Halis civitate ^c> ex ea infundata est, idcirco uterque uno utitur iure. Eapropter de Polonia omnes et Bohemia, <Que terre locate sunt sub iure Theutunnico ^c> qui sub iure locati sunt Theutunico de marchia ad comitatum trahii possit, <de iudiciis [s]ub banno regio ^c> quia marchio secundum arbitrum aut propriam gratiam iudicat sub banno regio. Hoc idem in omnibus civitatibus, ubi bannum regium est, quod ibi vir demeretur tria talenta iudicio feodat sub banno regio. Si autem iudicatur sub banno regio, tunc sculteto demerentur octo solidos deinde cum scabinorum sententiis. Idem fit burgrabio. Scabini undecim esse debent, et scultetus sit duodecimus, quia burgrabio diffinitiva prima debet sententia. Quia burgrabius nullum bannitum iudicium absque sculteto habere potest, nec scultetus absque hiis undecim scabinis in vero loco iudiciali.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy; ^c na lewym marginesie

[hasła: miasto, Magdeburg, Otto Wielki, prawo niemieckie, zwyczaj, Halle, Polska, Czechy, Miśnia, Marchia Łużycka, wyrok, skarga, sąd królewski, sołtys, sędzia, ławnik, burgrabia, sąd wyłożony]

[122 § 1] ^a-Ubi de Hallis sententia recipitur cum reprobatur. Capitulum |—cxxv ^b—| CXIII.-^a

Nunc attendatis de hiis de Hallis, ubi [k. 44vb] reprobata sententiam reprobare debent, si ignoraverint, aut si sententia reprobata fuerit^c. Hanc in Meydburg recipere debent et Meydburgenses eis dare debent ante quatuor scabinos et scabini ipsorum ius dare debent, quia inposterum oportet ipsos esse testes, si necesse fuerit, quod sententia ritte et rationabiliter sit data absque qualibet contradictione. Et ibi nuncii presentes esse debent, ubi sententia diffinitur, ex utraque parte, ubi se[n]tencia fuerit reprobata, qui audierunt et viderunt, quod utrique parti iusti[ci]a fiat et iudex eos in expensis procurare debet [in] eundo et redeundo.

[122 § 2] ^a-Quando sententia reprobate reportatur.-^a

Si sententia sub banno regio reprobata fuerit, tunc reportari debet infra octo ebdomadas. Si autem sub commitis banno reprobata fuerit, tunc reportari debet infra duas septimanas, quia scultetus habet bannum a comite et scultecia a domino terre. Idem vero habet burgrabius [k. 45ra] bannum a rege, iudicium a domino terre.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy; ^c w rkp. fuerint

[hasła: Halle, wyrok, Magdeburg, odwołanie, apelacja, ławnik, świadek, sprzeciw, sędzia, sąd królewski, termin, sołtys, burgrabia, prawo]

[123] ^a-Cum in Meydburg sententia reprobatur trahitur in Scarthow et de Scarthow in pallaciam. C[apitulum] |ciiiixxvi ^b| CXIII^a

<Quis ibi dat sententias ^c> Nunc attendendum est, si in Meydburg reprobaretur sententia, quo aut ubi eam querere aut invenire deberent. Ipse debet se trahere in Scarthow, ultra Velle, et ibi actipiunt quatuor seniores viros, quos ibi invenire^d poterint. Idcirco, quia ibi diucius stetit, quam Meydburg, et Cezar Otho a tempore diuturno ducatum ex eo constituit, et omnes ville et eodem iure constricti sunt. Tunc trahunt cum eisdem quatuor senioribus, quos de Scarthow traxerunt seu duxerunt et invenerunt, et in Meydburg redeunt ante palacium et curiam, que imperatoris Othonis Ruffi fuerat, qui palacium ipsis firmaverunt, et in fine sum[m]i sive^e templi, ut [k. 45rb] in premissis patet et {et} in sequentibus apparebit, quia continue pro reprobata sententia ad Imperium se trahere non poterunt.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy; ^c czerwonym inkaustem na lewym marginesie; ^d wyraz poprawiany, niewykluczona lekcja inveniri; ^e możliwy odczyt fine

[hasła: Magdeburg, apelacja, odwołanie, Łaba, Schartau, starszy, cesarz, Otto, Otto Rudy, wyrok]

[124] Quando pallacia super Othonem Imperatorem facta. Capitulum |cxxvii ^a| CXV.

Nunc attendatis per quem modum ipse pallaciam fecerit. Vocavit eosdem quatuor seni[o]res de Scarthow, et quatuor canonicos, qui prelaturas habent in summo, primus prepositus, secundus decanus, tercius episcopi vicarius, quartus cellarius. Insuper recepit quatuor barones, ecclesie maioris feodales in Meydburg. Unus fuit marscelonus, secundus dapifer, tercius pincerna, quartus camerarius. Insuper recepit xi scabinos et scultetum duodecimum. Insuper tres duos laicos, qui primi sunt in ellectione imperiali, et quartus, quem accepit supremus, fuit advocatus ecclesie maioris in Meydburg, [k. 45va] hoc potest burgrabius. Tunc imperator accepit eosdem xxviii viros prenotatos et super sedes eos locavit palacie, et dedit eis potestatem ex parte sui, quecumque sententia in Meydburg diffiniri non possit |ibi ^b|, aut reprobari, ibi quitquam debet recipi, nec dare ritte ac racionabiliter pro iure municipali teneri debent.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy

[125] ^a-Quid datur iudicibus pallacie cum sente[n]cia reprobatur. Ca[pitulum] |cxxviii ^b| CXVI^a

Et cum sententia ante pallaciam data fuerit, tunc debet dari in signum hiis xxviii, cuilibet [eorum], solidum aureorum, qui solus debet valere duodecim solidos talis peccunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem fuerit forisare. Tunc hiis quatuor dantur quatuor marcis, quod quivis marcis debet duodecim marcas argenteas valere. Hoc datur hiis viginti octo. Hoc illi dare tenentur, quibus sententia [k. 45vb] ad perfectam utilitatem inventa fuerit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: palacja, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczaszy, szambelan, ławnik, burgrabia, kościół, prawo miejskie, wyrok, odwołanie, apelacja]

[126] ^aQuid succumbet aut sive reprobatur. Capitulum CXVII |cxxxix ^b| ^{-a}

Nunc attendatur, quantum plus dare oportet. Illi dare tenetur scabino suam emendam, cuius sententiam reprobatur, quam diffinitionis, si iniuste fuerit inventa, et iudici suam penam. Si autem ante conserwum [s] maiorem scabinorum sententia reprobata fuerit, tunc cuilibet scabino datur emenda et iudici pene, et quod fuerunt emende, tot et pene.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: ławnik, zadośćuczynienie, wyrok, apelacja, odwołanie, kara sądowa, mulkta, zgoda]